Nucleus universae medicinae practicae, ex plurimorum praestantissimorum tam veterum, quàm neotericorum classicorum authorum praxi, observationibus, consiliis & epistolis, uti & propriâ plusquàm 30. annorum praxi / Summo studio in gratiam, ac utilitatem philiatrorum excerptus, et olim sub nomine Enchiridii novi publica & inaugurali disputatione propositus in alma & caesareo, archiducali Universitate Oenipontana, praeside, & authore Ferdinando Carolo Weinhart ... Nunc ab eodem magis limatus, correctus, auctus cum expressis & selectis remediorum formulis, accedente etiam charta, typo, & ordine meliori denuo in lucem editus.

Contributors

Weinhart, Ferdinand Carl.

Publication/Creation

[Oeniponti] : Typis haered. J.C. Wagner, 1709.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/r5gb7pus

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

53266/A

E xv
18/w

~~Antonius Abrahamus~~

~~Waschgietra Pharmaceuticus~~

~~Basiliensis~~

Ao 1720

Pars Prima



50255

NUCLEUS UNIVERSÆ MEDICINÆ PRACTICÆ

EX

Plurimorum Præstantissimorum tam veterum, quàm Neotericorum classicorum Authorum Praxi, Observationibus, Consiliis & Epistolis, uti & propriâ plusquàm 30. annorum Praxi

Summo Studio in gratiam, ac utilitatem Philiatrorum excerptus, & olim

SUB NOMINE

ENCHIRIDII NOVI

Publica & inaugurali Disputatione propositus

IN ALMA & CÆSAREO, ARCHIDUCALI Universitate OEnipontana

PRÆSIDE, & AUTHORE

FERDINANDO CAROLO WEINHART in Thierburg & Volantsegg, Philos. & Medicinæ Doctore, Sacræ Cæs. Majest. Consiliario, & Personæ Medico, Medicinæ Practicæ & Aphorismorum Profess: Ordinar.

Nunc ab eodem

Magis limatus, correctus, auctus cum expressis & selectis medicamentorum formulis, accedente etiam charta, typo[illegible] & ordine meliori denuo in lucem editus

Anno CHRISTI 1709. Mense Augusto.

Typis Hæred. Jacobi Christ. Wagner, Cæs. Aul. Typ.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

ILLUSTRISSIMO
AC
EXCELLENTISSIMO
DOMINO, DOMINO
FRANCISCO
ANTONIO
COMITI TROYER

De Gisbach & Strasfrid,
Libero Baroni in Treyenstein,
SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS
Superioris Austriæ Consiliario
Intimo, Camerario, p. t. Aulici Vicecancellariatûs Vices
Gerenti,
Domino oppignaratitio ditionis
Uttenhaimbensis, &c. &c.

DOMINO, DOMINO
suo
GRATIOSO.

ILLVSTRISSIME Ac EXCELLENTISSIME DOMINE, DOMINE GRATIOSE.

QVòd Excellentissimo ac Illustrissimo Tuo Nomini *exiguum hunc meum laborem publico artis Æsclepiadeæ bono susceptum dedicare, ac inscribere præsumam, triplicem potissimum agnoscit causam; prima est, ut aliquale saltem, licet minimè sufficiens pro munificentissimis mihi prorsus immerito concessis hactenus gratiis*

gratiis, & favoribus debitæ gratitudinis, ac demißißimæ obſervantiæ teſſeram offeram, ac publicè quoque gratum gratiis animum probẽ. Altera, quòd libellus hic olim ſub nomine Enchiridij novi Medici conſecratus fuerit Eminentißimo & Celſißimo Cardinali ac Principi Paſſavienſi ex Comitibus de Lamberg, &c. &c. cùm enim perſpecta mihi ſit Harmonia, ac indiſſolubilis incorruptæ amicitiæ nexus, quem familiari inter vos lemmate: ſemel amicus, ſemper amicus *inviolatũ tenetis, æquißimum fore arbitratus ſum, ut, cùm amicorum omnia ſint communia, opuſculum hoc magis ſub tuis, quàm alienis auſpiciis lucem aſpiceret. Tertia, eáq; Potißi-*

ma est perculiaris illa Tua Virtutũ, & eruditionum omnigenarum Prærogativa, quâ omnes & singulos in Tui amorem, admirationem, ac debitam venerationem rapis, méque jam dudum rapuisti. Viget enim in Te summa in Deum Religio, pietas in Dei Matrem & Virginem ceterósque Cœlites, liberalitas in egenos, comis in omnes æquitas, in subditos lenitas & amor, in adversantes mansvetudo, in facinorosos austeritas, lucet in Te mira in prosperis mode ratio, invicta & magnanima in adversis constantia, & tranquillitas, fervens Iustitiæ Zelus ac labor indefessus Provinciæ huic nostræ Tyrolensi, quæ plurimùm sanè Tibi debet Pientissimo animi af-

fectu in omnibus prospiciendi, bo-
númque publicum solertissimâ sapi-
entiâ vbique promovendi, vbi om-
nes suspiciunt, & admirantur tuam
in consulendo maturitatem, in deli-
berando aciem, in exequendo velo-
citatem, in periculis vigilantiam, in
arcanis taciturnitatẽ, profundámq;
in Politicis & publicis eruditionem,
& experientiam. Plurima adhuc
de Te, Tuísque dicendi finis mihi
non foret, nisi illum imponeret gra-
tiosa vultus Tui Modestia & Vere-
cundia. Atque hæ sunt causæ, Illu-
strissime ac Excellentissime Domi-
ne D. Comes, *quæ me compulerunt,*
ut hunc nucleum Medinæ Practicũ
sub cortice gratiosi Tui Patrocinij
defedendum & conservandum Tibi

præsentarem, digneris eum pro innata Tua Benignitate, benignáq; in omnes litteratos propensione æquis oculis intueri, méq; deinceps quoque Tuis gratiis complecti, qui DEUM T.O.M. obtestaturus sum ut Viridem Tuam confirmet, & continuet senectam, atque seros in annos Patriæ nostræ conservet Te sanum & incolumem, quod sincerissima mente vovet.

ILLUSTS^MÆ EXCELLENTIÆ TUÆ

Devotissimus

Ferdinandus Carolus
Weinhart.

PRÆFATIO
ad Lectorem.

POstquam ab Augustissimo Imperatore Leopoldo &c. &c. gloriosissimæ memoriæ à Theoria Medica, quam 14. annorum spatio professus sum, Anno 1692. ad praxeos cathedram clementissimè avocatus ac promotus eram, seriò mecum perpendere cæpi, quâ ratione spartham hanc meam exornare, augere, ac auditoribus meis plurimùm prodesse valerem. cùm autem re seriò perpensâ intelligerem, quòd unicuique praxim Medicam exercere desideranti summè necessarium esset, ut totiùs Medicinæ practicæ systema mente priùs perspicacissimè perceptum, hincque penitissimis memoriæ fibris firmissimè infixum teneret, sedulæ apis instar, quoscunque in ampliſſimo classicorum Practicorum Authorum viridario deprehendi, excerpsi flores & fructus, ac elicitum exinde mel ac quasi quintam essentiam philiatro delibandum, ac pu-

rissimum relicto inutiliori cortice nucleum degustandum proponere statui, non dubitans, quin hæc ore intellectûs ritè excepta, masticata ac digesta, & in ventre memoriæ debitè recondita ad felicem languentium medelam plurimùm profutura essent. labor hic meus privatus per DEI gratiam in tantum apud auditores Medicinæ profecit, ut luce publicâ dignus censeretur, ac Anno 1695. sub nomine enchiridij novi continentis systema, seu nucleum universæ Medicinæ practicæ in alma hac nostra universitate publicâ disputatione inaugurali ventilandus proponeretur à Defendentibus D.D. Francisco Antonio Bartholomæo Preismann Moravo Brinensi nunc Physico & Aulæ Passaviensis Medico dignissimo fautore & amico mihi colendissimo & Joanne Casparo Englberger Rhenofeldensi Raurico nunc Physico Riedlingensi meritissimo. Thesium hic libellus, licet præter meritum gratiam apud philiatros invenerit, ut ejus Exemplaria passim hinc inde etiam apud exteras provincias desiderarentur, nihilominus à non paucis inculpata charta nimis obscura & grossa, typus exilis, detrita nimisque compressa ac lectu difficilis sinè debitis intervallis ac interstitijs, & quod potissimum erat, quod

Reme-

Remediorum formulæ non essent quo ad dosim expressæ, cum artis Medicæ summa perfectio esse videatur concinnata & debita formularum compositio, ac plurimùm difficile sit, semper ex tempore medicamentum aptè ac debitè compositum præscribere præsertim Neo-practicis, & qui in praxi medica non diu & multùm exercitati fuerunt, vel memoriam minùs firmam ac felicem obtinuerunt. Ut igitur & his satisfacerem, ac rempublicam medicam omni modo promoverem, statui deficientibus prædicti enchiridij exemplaribus, illud magis limatum correctum ac auctum, accedente etiam charta, typ. & ordine meliori, sub nomine nuclei universæ Medicinæ practicæ denuo proprijs sumptibus prælo subjicere expressis etiam ac additis selectis remediorum formulis, quas vel propria plusquàm 30. annorum praxis, vel practici classici peritissimi suppeditabant, quæque jam diuturnâ experientiâ & longo usu erant veluti canonizata, hinc subinde Authoris nomen addidi, subinde omisi & ne libellus hinc nimium increscere, eum in duas divisi partes, ut pro lectoris commoditate & arbitrio uno vel duplici volumine compactus haberi posset. atque hæc sunt, amice Lector; quæ in vestibulo præ-

præfari libuit, quæ, ut æqui bonique consulas, laboremque hunc nostrum ab animo reipublicæ litterariæ Medicæ modis omnibus inserviendi cupidissimo profectum benevolâ mente suscipias, eoque feliciter ad supremi Numinis gloriam ac proximi utilitatem (in quem finem hæc suscepta sunt) fruasis, amantissimè rogo.

Vale.



AP-

APPROBATIO THEOLOGICA.

NUcleus iſte Univerſæ Medicinæ jam olim ſub Nomine Enchiridij Novi editus, ſummam in Academica Palæſtra commendationem & applauſum tulit; tantúmque apud æquos rerum judices ſui orexin excitavit, ut plurimorum votis altera Ejuſdem impreſſio fuerit expetita; quorum juſto deſiderio ut ſatisfiat, digniſſimum cenſeo, ut, cùm nihil bonis moribus aut fidei adverſum contineat, iterato in lucem & quidem auctus prodeat, atque Prænob. & Magnifici Authoris ſui inſignem Scientiæ Medicæ peritia, atque publicæ utilitatis ſtudium erudito mundo palam faciat.

Romedius Viſintainer S. J.
SS. Theolog. Profeſſ. Ordinar.
p. t. Decanus.

SI parit usque leo similî feritate leonem,
Nec parvus magno mus elephante venit;
Unde ergo exiguâ prodit sub mole medendi
Ars, adeò magno progenerata patre?
Pæoniam sistis, Coo quæ longa vocatur,
Carole, quam possit condere sola manus.
Scilicet hic medicum, quæ vana videntur omissis
Succum, sollicitæ colligis instar apis.
Hoc mel Apollineum innumerâ virtute tumescens
Nullus, quin præsens sit panacea, neget.
Ergo Jovis nutu Caroli per sæcla virebit
Conditus sacro hoc melle perennis honor.

Ita

Prænobili, Magnifico, Excellentissimo & Experientissimo Domino Authori, Avunculo & Collegæ suo honoratissimo debitæ obsservantiæ ergo accinit.

Francis. Fridericus Payr,
Medicus OEenipont.

LIBER

LIBER PRIMUS,

De

Affectibus Capitis.

Dolor Capitis.

NOM. Dolor capitis, ſi recens, levis, *Cephalalgia*, ſi contumax, diuturnus *Cephalæa*, ſi dimidiæ partis *Hemicrania*, ſi in parvo loco fixus *Clavus* & *Ovum* à ſimili doloris ſpatio germanicè Kopffwehe/ Haupthär dicitur.

Definitio. Eſt triſtis ſenſatio partium membranoſarum capitis à ſolutione continui violenter facta.

Subjectum, ſunt partes membranoſæ fibrillis ac filamentis nerveis ſenſibiliſſimis præditæ.

Differentiæ, alius vel *pungitivus*, vel *gravativus*, vel *pulſatorius*, vel *tenſivus*, vel *lancinans*, *lacerans* vel *terebrans*; alius *idiopathicus*, alius *ſympathicus*, & quidem frequentior ſeu per conſenſum dentis carioſi, ſ. ventriculi, ſ. inteſtinorum, ſ. hypochond. ſ. uteri: vel per vaporis aut humoris communicationem, vel per ſolam membranarum, aut nervorum communionem: alius *externus*, alius *internus*, alius *levis*, & *accidentalis*, alius *habitualis*, alius *continuus*, alius *periodicus*.

Cauſa immediata eſt ſolutio continui in fieri à particulis heterogeneis, & disproportionatis archeum in furorem concitantibus, fibras & filamenta memningum nervea vellicantibus, corrugantibus, criſpantibus, poróſque inæqualibus ſpiculis divellentibus, & quaſi rimas facientibus.

Mediatæ, vel ſanguis orgaſmo turgeſcens & ebulliens, vel motus ejus in uno vel altero ramulo impeditus, vel pituita aut lympha craſſior, vel ſerum nunc fæculentiis, & ſcoriis bilioſis aut ſulfureis, nunc ſalibus ſylveſtribus acidis vel ſalſis imprægnatum, vel humor acido, malignus ùt in *lue vener.* cujus ſuſpicio eſt, ſi irritis omnibus aliis remediis non cedat, vel flatus ex colluvie humorum p. n. efferveſcente elevati, vel congeſta aut retenta excrementa tartarea acido, viſcida, vel (quod rariùs) abſceſſus hypoctanij, calculi, vermes, adnaſcentia memningum cum cranio.

Diſpoſitivæ capitis hæreditaria debilitas, temperies cerebri calida & humida, figura capitis depravata, ſuturarum defectus, tegumenta cerebri ſolito craſſiora, minúſque perſpirabilia.

Externæ aër auſtrinus 3. *aph.* 5. hyemalie 3. *aph.* 23. ſubitanea ejus viciſſitudo, mora ſub ſole, æſtus canicularis, radij lunares, odores fortiores, comeſſatio, crapula, hæmorrhagia ſuppreſſa, inſtans fluxus menſium, ira, intenſiones animi, exercitium vehementius, caſus, ictus, contuſio.

Signa diagnoſt. dolor *externus* eſt magìs ſuperficialis, tactu exaſperatur, nec ità ad radices oculorum pervenit: *internus* econtra, ſi *eſſentialis* dolor eſt vehementior, magìs continuus, adeſt etiam

læſio

læsio cæterorum sensuum, causa externa capiti inimica præcessit: si *sympathicus* est magis interpolatus, adsunt signa alterius partis læsæ, & præsertim teste *Langio*, si oriatur per consensum Ventriculi, anterior pars magis laborat, si per consensum uteri, vertex propè futuram coronalem, vel occiput, ubi etiam glaciei frigus & pondus se sentire asserunt hystericæ, si oriatur à *sanguine* dolor est tensivus, pulsatilis, cum faciei & oculorum rubore, aliisque plethoræ signis: si à *pituita* est gravativus cum sensuum hebetudine, segnitie, ac multo somno: si à *sero* dolores sunt lancinantes, mobiles, sæpiùs cum aliis defluxionibus conjuncti: si à *bile* ad est simul calor mordax, color faciei citrin. oris amarities, urina tincta: si à *flatu* dolor est tensivus, mobilis cum aurium tinnitu & vertigine.

Prognostica, dolores capitis vehementes & continui cum febre continua acuta alióque signo difficili lethale signum ex *Hipp. in coac.* præsertim si urinæ crudæ & albæ, notant enim raptum bilis, vel salium lixivij instar urinam tingentium ad caput, succedentibus delirio & convulsionibus. Dolores capitis fortes in morbo acuto citra crisin subitò desinentes lethales utpote signum gangrænæ. frigus extremorum in vehementi dolore malum, ob metum inflammationis. *Hipp. 6. aph.* 10. ait: *Capite dolenti aut vehementer laboranti pus*, vel *aqua*, vel *sanguis per nares, aures aut os effluens morbum solvit*, evacuatâ nempe causâ mortificâ. idem 4. *aph.* 7. ait: *quibus urinæ sunt perturbatæ, quales jumentorum, iis dolores capitis adsunt vel aderunt* particulis nempe heterogeneis in cerebro subsi-

ſtentibus. Capitis dolores & ſonitus aurium ſine febre, aut vertigo aut ſurditas, aut manuum torpor imminentem apoplexiam aut epilepſiam aut oblivionem ſignificant ex *Hipp. in coac. Hippoc. 6. aph. 51.* ait: *Qui valentes capitis repente doloribus corripiuntur, ac protinus muti fiunt aeſtertunt* (excitatâ nempe apoplexiâ) *intra 7. dies intereunt, niſi febris Intervenerit.* Subinde graves contingunt cephalææ vel hemicraniæ, in quibus æger nec quidquam ſtrepitûs ferre poteſt, nec lucis, quæ poſt 24. horas ceſſant ſuperveniente vomitu aquæ limpidæ, aut viridis, amaræ, ſalſæ, acidæ vel ſaltem Irrito conatu ad Vomitum relictâ ſiti, & artuum debilitate.

Indicationes ſunt dolorem lenire, cauſam ejus revellere, evacuare, diſcutere, intemperiem contrariis alterare, partéſque roborare.

Curatio fit I. Præmiſſo clyſtere per V. S. parciorem in cauſa frigida, largiorem & frequentiorem in cauſa calida. Pro revulſione in brachio, vel cephalica manûs, vel pede præſertim in febribus & mulieribus. Utilis apertio hæmorrhoid. ſi malum ſit ex conſenſu hypochond. pro derivatione prodeſt apertio venæ frontis ex *Hipp. 5. aph. 68. E parte capitis poſteriore laboranti in frontem recta excurrens inciſa vena prodeſt.* Hujus loco ſublinguales, ſi turgidæ ſint, cum effectu aperiuntur, præſertim in febribus continuis cumprunellâ junctis. In malo contumaciori *Galen.* arteriothomiam laudat, tutiores ſunt *hirudines* ad tempora vel poſt aures applicatæ. ùt & *cucurbit. ſcarif.*

II. Purgandum in cauſa calida v. g. per *infuſ. ſenn. rhei.*

rhei. mechoac. crem. tart. paſſul. cum ſyr. roſ. ſol. de cich. cum rhab. elect. lenit. de tamarind. &c. v.g. ℞. *crem. tart. dr. 1. rad. mechoac. dr. iij. ſem. cit. excort. dr. s. inciſ. bull. in ſ. q. aq. ad conſumpt. 3. part. in col. infund. fol. ſenn. ſ. dr. iij. Rhab. dr. 1. ſchæn. ſcrup. 1. in col. diſſolv. El. de tamarind. dr. iij. de ſucc. roſ. dr. ij ſyr. roſ. ſol. unc. 1. mann. El. unc. s. M. vel diſſolv mann. El. unc. 1. ſcam. ſulph. gr. vj. aq. cinam. bugl dr. ij. vel mann. El. unc. 1. Extr. diacarth. dr. 1. s. Rhab. ſcr. 1. M.* In frigida per *pilul.* v.g. *cephal. Minſicht. Fernel. Camerland. coch. de ſucc. Craton. vel extract. panchym. cathol. coch. marocoſt. Cum ſtimulo magiſt. gialap. pulv. ſyr. troch. alchand. Mercur. dul.* addendo *ol. deſtill.* v.g. *ſuccin. aniſ. rhod. cinam &c. & cum ſ. q. aq. vel ſyr. vel tinct. elix.* formando *pilul.* num. 9. 11. 13. quæ manè vel efficaciùs veſperi 2. horis à cæna ſumendæ. v.g. ℞. *maſſ. pilul. de ſuccin. Crat. vel extr. coch. ſcr. 1. troch. alchand. gr. iv. pul. ſyr. vel mag. Gial. gr. ij. iij. ol. deſt. fænic. gut. ij. cum ſ. q. aq. verben. M. f. pil. N. xiii. deaur. vel R. Ext. Panchym. coch. an. ſcr. s. troch. alch. gr. v. cum ol. ſuccin. ſ. q. M. f. Pil. N. xj. deaur.*

Vomitoria conveniunt in malo per conſenſum ventriculi: hinc *Elix. p. P. pulv. ſtom. Birkm. piper integ. deglutit. uſus Caphè ſal. vol. oleoſ. vel Eſſent. ſtom. adgut. x. vel xij. ex vin.* ex obſervatione nonnullorum omnis hemicrania per conſenſum ſtomachi tollitur Uſu *ſp. vitriol. vel ſucc. lim. exbrod.* ſi malum ex hypochond. proſunt *nodul. laxat. pilul. tartar. cum extract. elleb. nig.* hinc *chalybeata* aut *acidul. bruzenſ.* vel efficaciùs *ægrenſes.*

III. In malo contumaciori eſſentiali, vel à *lue vener.* orto, locum habet *diæta ſudorifera*; huc etiam ſpectat uſus *herb. theè* aut *caphè*: vel hujus loco *fol. ſalv. beton. vel verben. vel roriſm.* IV. Cerebrum particulariter evacuandum per *errhin. ſternutat. maſticat.* quò etiam pertinet *ſumus tabac. ol. ſuccin. vel major.* irrorati. V. Succum à ſanguine diverſum revellunt, derivant, evacuant *veſicatoria* applicata cervici & brachiis, vel ponè aures, vel ad ſcapulas vel ad caput deraſum: *fonticuli* in brachio vel cruribus, *ſetaceum* vel hujus loco *fontanella* infra nucham: huc ſpectat *inuſtio moxæ, trepanatio.* VI. Conveniunt topica *anticephalalgica*, ùt *ung.* v.g. ℞. *Ung. alabaſt. popul. an. dr. iij. op. gr. viij. croc. ſcr. 1. ol. deſt. aneth. gut. vij. M.* vel *R. ung. alab. unc. 1. popul. unc. s. ol. nuc. moſ. balſ. ſuccin. an. dr. s. cum ol. viol. M. f. ung.* ſubinde etiam addi poteſt *ol. papav. expr. dr. s. hyoſc. ſcr. 1.* Epithemata v.g. ℞. *nucl. perſ. exoſſ. N. xj. ſem. papav. alb. dr. 1. 4. frig. m. an. dr. 1. aq. fl. nymph. viol. an. unc. iij. fl. ſambuc. unc. ij. acet. fl. ſamb. rut. an. unc 1. M. f. emulſ. add. camph. ſcr. 1. croc. ſcr. ij. M.* vel *R. nuc. perſ. unc. 1. amygd. amar. unc. s. ſem. canab. dr. iij. aq. verben. beton. roſ. an. unc. iij. M. f. Emulſ. add. acet. roſ. fl ſamb. an. unc. 1. camph croc. an. gr. v. m. R. album. ov. conquaſſ. N ij. add. aq. roſ. lavend. an. unc. iij. acet. roſ. dr. vj. camph ſcr. 1. ol. nymph. unc. 1.* oxyrrhodina v.g. ℞. *aq. roſ. opt. unc. ij. verben ſambuc. roſ. an. unc. 1. ol. roſ. dr. vj. acet. roſ. unc. 1. M.* Cataplaſma v.g. ℞. *fol. verben. rec. m 1. contund. in mort. add. ferment. acerr. unc. ij. ol. roſ. q. ſ.* huc

ſpectat

ſpectat appoſita *Placent. roſ. aceto. Irrorata.* item euporiſton illud ex *mica pan gr. juniper. contuſ.* & *ſal.* vel *verben. contuſ.* in linteo duplicato fronti & temporibus admot. item pulment. ſeq. ad plantas pedum applicandum. ℞. *fol. rut. rec. mij raſur. raph. N. ij. ſal. com. mj. ferment. acerr. mij. acet. roſ. q. ſ.* M. maximè hoc locum habet infebribus, ubi metuuntur deliria & convulſiones. *Pediluvia*, etiam in uſu ſunt revellentia, & blando Popiſmate fibrillas nerveas demulcentia v.g. ℞. *aq. dulc. menſ. viij. ſal. com. mij. acet. lib. ij. ſalv. hort. mij. coq.* ℞. *fol. vit. ſalic nymph. fl. cham. an. mj. capit. papav. cum ſem. contuſ. N. vij. coq. ſaccul.* etiam locum habent ex *mil. ſal. toſt. cumin:* &c. in ſpecie in dolore occipitis frigido ℞. ſaccul. interpunct. ex *ſuccin.* craſſiuſculè contuſo, applic. calidè madefact. ſeq. tinct. ℞. *piper. long. unc. iij. ſp. vin. q. ſ. adextract. Emplaſtra* in doloribus contumacioribus v.g. *Vigon. cum mercur. cum empl. de beton.* & *ung. alabaſt.* vel *tacamach. cum balſam. peruv.* VII. Opiatis intus & extra cautè utendum, nè palliativè tantùm curemus cauſam magis fixam, vel recidivam, aut lethargum cauſemur.

Diæta, aër ſit temperatus, purus, vitetur nimis frigid⁹, calid⁹, ſubitanea ejus mutatio, radij lun. ſolar. cibi ſint euchymi & eupepti, vitentur *ſalſa, acria, fumo indurata, fructus boræi, legumina, lacticinia*, nã ex *Hipp. 5. aph. 64. Lac præbere capite laborantibus periculoſum.* Vitetur ſatietas, cœna ſit parca, à vino & cereviſia meracioribus abſtinendo, diluti-ora conveniunt: vel *decoct. chin. ſaſaph. pæon.*

charyophillat cinam &c. vel in cauſa calida *decoct. bord. tamarind. paſſul.* vel *tinct. roſ.* vel *julep. cum ſyr. gran. ac. viol. rib. berb. &c.* In fine menſæ ſumendum *coriand. pp. diacydon. conſ. roſ. vit.* vel *pulv. pept.* motus ſit moderatus, uti & ſomnus elato, coopertóque capite, venus, triſtitia, ira, & lucubrat. exulent, alvus ſervetur lubrica *pilul. eccoprot. vel. aloëtic.* quæ etiam præſervativè quâvis ſeptimanâ vel ſemel aut bis in menſe ſumendæ.

Coma, Carus, & Lethargus.

NOM. Coma ſomnolentum *ſubeth, cataphora:* lethargus, *lethargia, & veternus* dicitur: Schlafſucht.

Definit. Coma eſt ſopor profundus p.n. ore plerumque hiante, excitato tamen ægro ad interrogata reſpondente. *Carus*, eſt ſopor profundus p.n. ſinè febre, in quo ægri excitati & interrogati non reſpondent, puncti tamen ſentiunt. *Lethargus*, eſt ſopor profundus p.n. cum febre lenta continua delirio & memoriæ ecclypſi.

Gen. ſunt ſymptomata torpentis & diminutæ actionis ſensûs communis. In lethargo concurrit ſimul actio depravata phantaſiæ, & ratiocinationis.

Subject. eſt cerebrum & cerebellum quoad poros, & tubulos in ſubſtantia ejus medullari & præcipuè corticali.

Cauſa immediat. eſt tum pororum cerebri anguſtia impediens debitam ſpirituum anim. expanſionem & irradiationem; tum ſpiritus anim. inertus, aquoſi, minúſque dephlegmati. *Mediatæ*

nimia

nimia aquoſitas aut pituitoſitas M.S. & inundatio cerebri ex ſeroſo latice reddens illud flaccidius. Quoad poros ſuos ſubſidens, ſpiritúſque torpidos: hinc coma oritur ex *hydrocephalo*, ſuppreſſione & regurgitatione urinæ ad cerebrum; vel vapores maligni aut narcotici ex pernicioſa humorum corruptela, ſeu viro aut veneno inebriativo, vel ſulfure aut gas narcotico elevati, sícque accidit coma ex nimio vini potu, in febribus malign. lumbricis, paſſione hyſterica &c. vel in lethargo apoſtema cerebri pituitoſum, quæ cauſa rarior, non tamen impoſſibilis.

Extern. ſunt ebrietas, abuſus ſpiritûs vini, fumi carbonum hauſti, gas & vapores potuum fermenteſcentium, abuſus fumi nicotianæ, nimius odor croci, fæni recentis, mora aut ſomnus ſub juglande, vapor mercur. narcotica vel nimiâ doſi, vel intempeſtivè exhibita, caſus, contuſio, percuſſio capitis.

Signa Diagnoſt, in definitionibus expreſſa.

Prognoſt. Hipp. 2. aph. 3. ait: *Somnus & vigilia utraque ſi modum exceſſerint, malum.* Affectus comaroſus in *ſenibus* plerumque lethalis: pernicioſus etiam in febre acuta, denotans vel malignitatem, vel caloris extinctionem: hinc etiam peſſimum coma ſuccedens diuturnis vigiliis, vel phrenitidi. *Hipp. 5. aph. 1.* ait: *in quo morbo ſomnus laborem adfert* (id eſt, ſi graviſſima à ſomno ſuccedant ſymptomata, ùt *delirium, convulſio, ſyncope, frigus extrem.*) *lethale eſt, ſi verò juvat lethale non eſt.* Malum etiam coma ſuperveniens affectibus puerperarum, & vulneribus capitis. Somnolentia

lentia nimia inter colloquia, & commeſſationes frequenter futuræ apoplexiæ eſt prodromus. Lethargo affecti ex *Hipp. in coac. & de morb. 2. in 7. diebus moriuntur, ſi verò hos effugerint, ſani evadunt.* idem *8. aph. 7.* ait: *in lethargo tremor malum.* idem, *in coac.* ait: *qui ex lethargo ſervantur, empyici fiunt:* intellige: *ſuppuratos*; quibus *pus* per nares aut aures evacuatur, lethargus ſuperveniens phrenitidi lethalis: malum in lethargo ſudor frigidus, urina jumentalis, motus convulſivi &c. *carus* cæteris ſomnis periculoſior, quia frequentiſſimus ejus tranſitus in *apoplexiam:* hinc aliquibus levis *apoplexia* dicitur.

Indicat. ſunt materiam caput petentem revellere, derivare, ægrum â ſomno excitare, affluxam evacuare, diſcutere, capútq; tandem roborare.

Curatio fit I. Clyſteribus acrioribus parat ex *decoct. colocynth.* v.g. ℞. *pulp. coloc. in pet. lig. dr. ij. iij. coq. in ſ. q. brod. carn. vel aq. font. in col. lib. 1. diſſolv. ſacch. rub. unc. ij. iij. vitell. ov. N. 1. M. vel* ℞. *herb. abſint. rut. cent. min. an. mj. rad. pyreth. dr. iij pulp. colocynt. in pet. lig. dr. 1. S. coq. in ſ. q. aq. font. in col. unc. x. diſſolv. Elect. hier. cum agar. bened. laxat. an. dr. iij. ol. rut. unc. 1. cham. anet. an. unc. S. ſal. gemm. dr. 1. M. alii diſſolunt ſyr. Emet. unc. 1. vel infuſ. croc. metall. unc. ij. iij.* ſi clyſteres non reddantur, ſuppoſitoriis acrioribus Utendum v.g. ℞. *ſal. gemm. dr. 1. ſpec. hier. ſ. ſcr. 1. troch. alchand. ſcr. ſ. Mell. q. ſ. M. f. 2. ſuppoſ.*

II. Utendum iis, quæ volatilitate ſua ſpiritus excitant, & torpores diſcutiunt, ùt inunctio narium

rium, temporum *ol.rut.balſam. ſuccin.rut.apoplect.* vel *aq. apoplect. cum caſtor.* fum. *ſuccin.* vel *acet.* ſuper laminam candentem effuſi, in quo prius macerata *rut.nigell.caſtor.* optimus eſt *ſpir. ſal armon.* ſubinde naribus admotus, vel *ſal.vol.urin. c.c.* plantæ pedum fricentur *ſinap.* vel *ſal. cum acet.* palatum *theriac.* in *aq.apoplect.ſolut.* vel *ſinap. in vino forti cocto.* Sternutatoria hic magni usûs, ùt v. g. ℞. *Vitriol. alb. dr.* 1.*aq. major. unc.* 1. M.vel pulv. expert. Timæi ℞. *Elleb. alb.piper.alb caſtor.an ſcr.* 1. *ol. major. rut.ſalv.an gut.ij. M.* inſuffletur aliquid per nares, vel ℞.*rad Helleb. alb ſcr.* 1.*pyreth. ſcr.ſ. maior.ſcr.* 1. *piper. caſtor. an. gr. v. M.* alij etiam addunt aliqua gr. *ſal. vol. urin. vel ſuccin.* Conveniunt etiam pilorum evulſiones, acu puncturæ, clamores, ſonitus, &c.

III. In *Lethargo* V.S. convenit in brachio,& ſi per conſenſum in pede, *frontis & jugularium apertio* à multis quoque proponitur,ùt & *hæmorrhoid.* his ſuccenturiantur *cucurbit.ſcarif.* hirudin. retro aures, *frictiones* extremorum aſperiores.

IV. Purgandum addito purgantibus *caſtor. vomitoria* foco in primis viis hærente non negligenda, hinc *River.* plures comatoſos præſertim pueros cum junctis convulſionibus reſtituit exhibito *vitriol. alb.*

V. *Veſicatoria* hîc maximè proficua ad *cervic. ſcapul. man.ped.* juxta *aures* vel *totum caput.* alij etiam *cauterium actuale* ad nucham applicant.

VI. Veniendum ad *roborantia & antilethargica.* ùt uſum *herb. theè. effent. caſtor. ſuccin. ſpirit. ſal. armon. ſem. ſinap. ſal. vol. cc. aq. hirund.*

rund. cum caſtor. acet. rut. &c. V. G. ℞. *ſp. cc. ſcr. 1. tinct. caſt. ſuccin. an. ſcr. ſ. aq. lavend. unc. s. M.* ℞ *aq. hirund. cum caſtor. meliſſ. fl. til. an. unc. iij. Eſſ. ſuccin. caſt. an. dr. 1. s. ſyr. decinam. unc. s. M.* ℞. *pulv. caſtor. dr. 1. ſem. ſinap. naſturt. hort. an. dr. 1. s. cinis hirund. ſuccin. præp. an. dr. 1. amb. griſ. ſcr. 1. fol. aur. N. iij. M. f. pulv. cujus doſ. à ſcr. 1. ad dr. 1. ex aq. apopl.* conveniunt etiam *liq. cc. ſuccinat. rotul. de ſuccin. morſul. cubeb. Elect. cephal. &c.* in ſomnolentia perpetua p. p. conveniunt ſudorifera ex *chin. ſalſapar. &c.* extrinſecus *fomentum* ad caput raſum ex decoct. v. g. ℞. *rad. angel Zeduar. Imperat. an. unc. 1. fol. beton. ſalv. roriſm. an. mj. ſatur. rut. lavend. an. m. s. bacc. laur. juniper. an. unc. 1. s. coq. in ſ. q. acet.* & cum ſpongia capiti raſo f. foment.

Dieta aër lucidus, calidus, ſiccus, alimentorum defectus exceſſu melior, abſtinendum à *crudis, flatulentis, ſalſis, legumin. lacticin. oler. fruct.* potus ſit *ptiſan.* vel *cereviſ.* tenuis, ſi febris abſit, *dilutum*, vel decoct. *herb. theè.* convenit. ſomnus omni modo impediatur, exercitij loco ſint *friction.* fortes, alvus *clyſter.* ſollicitetur, ac hilaritas procuretur.

Coma vigil, Catalepſis.

Nom. Coma vigil dicitur etiam *typhomania, inſania attonita*: Catalepſis autem *catochus, prehenſio, congelatio, ſtupor rigidus, & vigilans morbus Exſtaticus.*

Definit. Coma vigil eſt apparens ſomnus cum deli-

delirio, in quo ægri clausis oculis veluti dormientes revera tamen vigilant, membra jactant, varia & delira loquuntur. *Catalepsis* est subitanea motûs ac sensuum obrigescentia, quâ correpti rigidi in eo, quo prehensi fuerunt, statu hiantibus ac torvum videntibus oculis statuæ instar permanent, salvo pulsu & respiratione.

Gen. *Coma vigil* est symptoma diminuti sensûs communis, ac phantasiæ depravatæ. *Catalepsis* est symptoma abolitarum facultatum principum cum depravatione motûs.

Subject. est cerebrum unacum spiritibus & appendicè nervorum.

Different. Coma vigil aliud *phreneticum*, aliud *non*. Catalepsis alia *vehementior* ubi omnes actiones anim. cessant cum motu depravato tonico, alia *levior* ubi ægri non nihil audiunt, vident, imaginantur, alia *idiopathica*, alia *sympathica*.

Causa comatis vigilis statuitur vulgò erisypelas ædematosum, s. bilis cum pituita, vel sanguine permixta, probabilior est vapor narcotico-malignus somnum inducens, mentémque simul turbans, hinc comes est febrium malignarum. *Causa* Catalepsis affectûs rarissimi, & stupendi statuitur nunc frigida, & sicca cerebri & cerebelli, intemperies nervos constipans, ac condensans: nunc melancholia non tantùm qualitate frigidâ & siccâ constipans & refrigerans, sed & quantitate replens & distendens: nunc soporifera qualitas: nunc spiritus congelans, fixativus naturæ fulminis instar: nunc spiritus anim.: uno impetu concitatiùs in membra influentes, in motu autem suo cerebrum

rum versùs impediti, ut adeò membra tensa & rigida reddant, hinc *aliqui* hunc affectum reducunt ad convulsiones.

Signa diagnost. in definit. & different. expressa.

Prognost. Coma vigil periculosum est comes febrium malignar. mutari sæpius solet in *phreuitidem*, vel *lethargum:* deliria in comate vigili graviora convulsionem præsagiunt. Coma vigil periculosum accidens ex virium debilitate, ex vehementi morbo, immanissimis doloribus vel immodica evacuatione. *Catalepsis* affectus periculosus ex *Hipp. in proreth. quæ cum exsolutione fiunt catoche, & aphoniæ periculosæ sunt*, minùs periculosa est catalepsis, si sit sympathica, invasionésque ejus breviores & rariores sint. aliàs facillimè degenerat in Apoplexiam vel Epilepsiam.

Indicatio & curatio petenda ex *febribus malign.* & *affectibus soporosis* ac *convulsionibus.*

Apoplexia.

NOm. Apoplexia etiam dicitur *morbus attonitus, syderatio, universalis corporis paralysis aphonia, gutta,* Schlag/ Gwalt/ oder Hand-GOttes/ der Tropffen.

Definit. Est præceps abolitio motûs, & omnium sensuum ex- & internorum manente pulsu & respiratione plùs minùs læsa & stertorosa.

Gen. Est symptoma abolitarum omnium actionum anim. exceptâ respiratione.

Subject. Est cerebri meditullium quoad basim & centrum, & præcipuè medullam ejus oblongatam.

Dif-

Different. Alia *fortiſſima* reſpiratione ad ſenſum ceſſante, alia *fortis*, eâdem inordinatâ cum ſtertore & ſpuma exiſtente: alia *minùs vehemens* eadem inæquali: alia *levis* eâdem æquali, ſed debili exiſtente; alia *perfecta & totalis*, alia *partialis*, & quidem vel dimidij corporis *hemiplexia* dicta, vel in uno aut altero membro *paraplegia* &c. alia *ſanguinea*, alia *pituitoſa*, alia *ſeroſa*, alia *privativa* oriunda ex defectu ſpirituum citra craſin eorum læſam, alia *idiopathica*, alia *ſympathica*, alia *accidentalis* ſubitò & fortuitò affligens, alia *habitualis* ſuperveniens poſt certas prægreſſas diſpoſitiones. Huc reducitur affectus ille in praxi ſæpiùs obſervabilis ambigens inter *Apoplexiam*, & *Epilepſiam*, in quo ægri concidunt ùt apoplectici, non tamen motu planè privantur, neque tamen convelluntur, neque vox initio ſtatim perit, quandoque ſuperveniente vomitu liberantur.

Cauſa immediata. Impeditus ac ſubſiſtens motus cerebri, & denegata irradiatio ſpirituum ex pororum, meatuum & tubulorum cerebri quoad baſim ſ. obſtructione, ſ. compreſſione, vel ſpirituum anim. torpore. *Mediatæ* pituita viſcida, lenta baſim nervorum ſ. comprimendo, ſ. obſtruendo, vel cruoris circulationem impediendo, vel ſerum ſubſtantiam cerebri molliorem, laxiorem, ut quaſi diffluat, ſubſideat, nervorùmque principium premat, reddendo: vel melancholia fæculento ſuo tartaro cerebri molem comprimendo, vel obſtruendo, narcoſi vaporosâ ſuâ ſpiritus ſtupefaciendo & figeudo, lumen ac ſplendorem eorum obfuſcando, aciditate ſuâ armoniacali & vitriolatâ mol-

lem

lem cerebri ſubſtantiam lædendo, conſtringendo, eiúſque vias ac meatus lethaliter conſtipando: hanc cauſam allegat *Hipp. 6. aph. 56.*: *Morbis melancholicis per hæc tempora ſuſpecti humorum decubitus, vel apoplexiam corporis, vel convulſionem, vel maniam, vel cæcitatem denunciant.* vel circulatio ſanguinis impedita, & quidem minùs in afflnxu, per arterias carotides, & vertebrales ab humoribus & vaporibus auſtero-acidis coagulativis, ſæpiùs in impedito reflluxu, dum à venis non debitè reſorbetur, ſed vel in vaſculis memningum, vel ſinibus cerebri: aut vaſis jugularibus ſtagnat, turgeſcit, & non rarò in cerebri ſubſtantiam lethali vomitu effunditur. Fit autem ſtagnatio vel vitio ſanguinis, vel nimis copioſi, mucoſi, pituitoſi, grumoſi & coagulati, vel vaſorum, dum ex contuſione, laceratione, vel ruptione naturalis ſanguinis circulus impeditur: vel vapores narcotici ſ. extrinſecùs oriundi ex abuſu opiatorum, ſpiritûs vini, gas carbonum, aut liquorum fermenteſcentium: ſ. intrinſecùs à veneno quodam narcotico, glaciali, vitriolato, vel ſulfure fætido, venenoſo in præcordiis hærènte ac ad cerebrum delato ſpiritus veluti ſyderante, mortificante, ac ecclypſin microcoſmi lunarem cauſante.

Cauſæ diſpoſitiv. Sunt diſpoſitio hæreditaria, conſiſtens in nativa cerebri debilitate, ejúſque pororum ac canaliculorum anguſtia, ætas ſenilis, nam ex *Hipp. 6. aph. 57.*: *Apoplexiæ maximè fiunt ab anno 40. ad 60. uſque.* complexio pituitoſa, corpus vaſtum, obeſum, brevi, anguſtáque cervice præditum, crapulæ & ſomno meridiano deditum. Apo-

plexiæ

plexiæ proximi ſunt, quibus ſopor frequens, corpus iners, oculi ſponte lachrimantur, memoria debilis, vertigo, & incubus frequens, muci & ſalivæ abundantia, ac in ſomno effluxus.

Externæ ſunt tempus hyemale teſte *Hip. 3. aph. 23.* imbres aſſidui *3. aph 16.* aër aquilonaris, crapula, ingluvies, cacoëthes tabaci, venus nimia in ſenibus, evacuationes conſvetæ ſuppreſſæ, ſcabies retropulſa, vehemens ira, lucubrationes, exhalationes calcis, carbonum, cereviſ. muſt. rec. contuſiones, vulnera, percuſſiones, vel ſpiritus turbando, & poros confundendo, vel cruorem extravaſando, vel cerebrum comprimendo, de his loquitur *Hip. 7. aph. 58. quibus occaſione aliquâ cerebrum vehementer concuſſum fuerit, mutos fieri protinus neceſſe eſt.*

Signa Diagnaſt. Sensûs & motûs ſubita ceſſatio, ſomnus profundus ore hiante & ſæpius ſtertente, pulſus naturalis ſubinde durus & inæqualis, color faciei & oculorum plerumque ruber, facies tumida, corpus calidum, membra laxa reſoluta, utì etiam ſubinde ſphincter ani.

Prognoſt. Hip. 2. aph. 47. ait: *Apoplexiam fortem ſolvere impoſſibile, debilem non facilè. id. 6. aph. 51.* ait: *qui valentes capitis doloribus repente corripiuntur, ac protinus muti fiunt, ac ſtertunt in 7. dies intereunt* (apoplexiâ nempe) *nisì febris intervenerit*: quæ tamen debet eſſe acuta, eſſentialis, abinitio adhuc cum vitium robore, *id. 7 aph. 50.* ait: *quibus cerebrum ſyderatum eſt, intra 3. dies intereunt: ſi verò hos effugerint ſanifiunt.* Apoplexiâ liberati plerumque incidunt in paralyſin,

vel memoriæ jacturam, ac ferme ſemper recidivant: malum eidem ſuperveniens ſudatiuncula, & ſi æger ad ſternutatoria non ſternutet. *Hip. 2. aph. 43.* ait: *ſtrangulati, & ſuffocati ad ſe non redeunt, quibus ſpuma circa os collecta apparuerit.* Spuma autem hæc non ſit levis orta ex ſaliva cum aëre agitata, ſed ex imo pectore prodeat à ſanguine ſtagnante per aëris motum reciprocum attenuato, in ſpumam rarefacto, ac in fauces foras ebulliente, ſi ſupra nyctemeri ſpatium ſine remiſſione perſiſtat, aut in deterius vergat conclammatum eſt. Si Juvenem vel mediæ ætatis Virum ex cauſa ſanguinea adoriatur, non æquè funeſta eſt, ac ſi ſenem debilem, & emaciatum aggrederetur.

Indicat. ſunt diverſæ pro varietate cauſarum, in *paroxyſmo* æger excitetur, extra eum reditus ejus revellentibus, evacuantibus & roborantibus impediatur.

Curatio fit I. Excitando ægrum per pilorum vellicationes, narium apprehenſiones, acclamationes, digitorum complicationem frictiones pedum cum *ſetaceo*, cum *ſal. & acet. odores acres ex rut. caſtor. acet. ſp. ſal. armon. cc.* inunctionem ad nares, verticem, tempora & nucham ex *balſamo. rut. ſuccin. apoplect.* V. G. ℞. *Balſ. apoplect. ſcr. 1. major. rut. ſuccin. an. ſcr. 1. s. M.* ℞. *Balſ. ſuccin. apoplect. major. nuciſt. an. ſcr. s. ping. caſt. gr. 1. M.* vel in forma liquoris ℞. *aq. meliſſ. lil. convall. an. unc. ij. apopl. cum amb. & moſch. unc. 1. acet. rut. dr. ij.* Utendum ſternutatoriis ùt *vitriol. alb. in aq. major. & ſpir. lil. convall. diſſol. vel pulv. elleb. alb. caſtor. major. lil. convall. ſem. nig. cum ambr. moſch.*

moſch. V.G. *vitriol. alb. dr.* 1. *aq. major. unc.* 1. *ſp. lil. convall. dr.* 1. *s. M. vel* ℞. *Elleb. alb. major. fl. lil. convall. pyret. caſtor. an. ſcr.* 1. *M. f. pulv. inſufflandus naribus.* plura vid. tit. de Comate. Friction. linguæ & palati *ſpir. theriacal. camphor.* vel *ceraſ. nig. cum paucis gutt. ol. cinam. vel ſpir. ſerpill. caſtor.* vel Expertum Elect. *Timæi.* ℞. *ſal. vol. ſuccin. dr. s. ther. and. dr.* 1. *s. pulv. caſtor. ſcr. ij. ol deſt. ſuccin. rut. roriſm. à gut. iij. M. f. Elect. de quo, quantum capit cuſpis cultelli in aq. apopl. diſſolv. ægro infundatur, ſimúlque lingua ac palatum fricetur.*

II. Clyſter. acriores uſurpandi ex *decoct. colocinth.* vel ℞. *fol. primul. ver. beton. ſalv. rut. orig. cent. min. an. m. s. fol. laur. fl. lavend. ſtæch. arab. an. p.* 1. *rad. angel. unc. s. fol. ſenn. dr. v. pulp. coloc. in pet. lig. dr.* 1. *s. ſem. caru. rut. ſeſel. an. dr.* 1. *s. coq. ex ſ. q. aq. font. in Col. unc. x. diſſolv. hier. ſ. dr. vj. bened. lax. unc. s. ol. rut. caſt. an. unc.* 1. *ſal. gemm. ſcr. iv. M.* vid. de Comat. Suppoſitoria etiam acriora locum habent præſertim ſi Clyſteres debitè non reddantur V.G. ℞. *pulv. hier. pic. Gal. ſcr. iv. coloc. pulv. ſcr. ij. cum mell. coct. ſ. q. M. f.* 2. *ſuppoſ. addi etiam poſſet diagrid. Elleb. alb. Euphorb. &c.*

III. V. S. *teſte Celſo* vel occidit, vel liberat, aliud curationis genus vix unquam ſanitatem reſtituit, adminiſtranda cum prognoſtico dubio, & proteſtatione, præſertim in *privativa*, vel *ſanguinea*, ubi ex faciei & artuum tubore, aliiſque circumſtantiis ſtagnatio ſanguinis colligitur, illéque vel cauſæ principalis, vel adjuvantis vel ſinè qua

non rationem habeat: minùs convenit in pituitoſa, ætate decrepita, in poſitiva, & ea, quæ ſubitò ex ingluvie exorta eſt, & ubi Vires ſummè dejectæ, quod colligitur ex reſpirationis læſione, faciei pallore, & concidentia, extremorum frigore, & ſudore poſt anguſtiam reſpirationis.

IV. *Vomitoria* nervorum oſcula validè concutientia, impedimenta ſpirituum & cauſam morbificam tollentia præferuntur *venæ ſectioni* in apoplexia poſitiva, & iis qui talem incurrunt ex ingluvie, & comeſſationibus: ſint autem fortiora, in forma liquida additis ſimul ſpirituoſis.

V. Si ex V.S. reſporatio & pulſus melior fiat, iteranda, hinc nonnulli, venam frontis, alij jugulares aperiunt. Vices ſubeunt *cucurbit ſcarif.* ad ſcapul. occiput &c. *una* etiam cum multa flamma capiti raſo applicari poteſt. *Hirudines* poſt aures appoſitæ mirum in modum experge faciunt. *veſicatoria ampla* ad nucham, manus, pedes, ſcapul. vel retro aures applicentur, alioquin *cauterium actuale* ſuturæ coronali: alij nuchæ adhibent.

VI. Intrinſecus exhibenda ſpiritus deficientes inſtaurantia ſopitos excitantia, & poros clauſos aperientia, ùt v.g. *aq. apoplect. cum ſpir. ceras nig. & eſſent. roriſm. vel ſpir. ſal. armon. c.c. fulig. vel aur. potab. vel ſal. vol. oleoſ.* vel ℞. *aq. ceras nig. lil. convall. meliſſ. an. unc. 1. apopl. dr. vj. cinam. dr. ij. Elix. vit. Math. dr. 1. s. ſyr. fl. tun. dr. vj. M.* vel ℞. *Elix. vit. Math unc. ij. ſp. ceraſ. nig. dr. vj. Eſſent. amb. vel roriſm. dr. iij. ſul roſ. unc. 1. s. M.* vel ℞. *aq. apopl. ceraſ. nig. Epil. lang. perlar. uſitat. an. unc. 1. cinam. dr. ij. ſp. ceraſ. nig. lil. convall. an. dr. ij.*

dr.ij. ſacch. perl. dr.ij. M. addi etiam poſſent conſ. alk. marg. præp. Corral. præp. &c. vel ℞. *aq. lavend. unc.1, s apopl. ſp. lil. convall. an. unc.s tinct. caſtor. ſcr.1. ſp. ſal. armon. dr.1. ol. ſuccin. nig. ſcr. s. ſyr. de beton. dr. vj. M. dentur omnia Cochleatim. &c.* In Apoploxia ſanguinea urinoſa volatilibus oleoſis præferuntur, & econtra.

Præſervatio fit I. Diætâ convenienti, in qua aër calidus, purus, non autem nebuloſus, pluvioſus, frigidus: cibus calidus, paucus, coctu facilis, conditus mitioribus *aromatibus, & herb. thym. major. roriſm. ſalv. hyſop. &c.* Cæna ſit pauca, vel nulla, potus *vinum necarin. vel oligopherum aut decoct. chin. ſaſaph. theè,* v. g. ℞. *Scob. lig. ſoſaph. rad. chin. an unc.s. cinam. opt. dr. ij. ſem. anis dr.1. cc. præp. ocul.canc. præp. à dr.1. s. M. f. pulv. groſſ. de quo Cochl. 1. menſur. aq. fervid. iniiciatur. tegendo hinc operculo. vel* ℞. *aq. font. lib. vj. cinam. opt. unc.s. lig. ſaſaph. raſp. dr.1. bull. in Bal. aq mar. 4. vel 5. ebullit.* vitetur *crapula, vinum merac. ſpir. vin.* poſt paſtum ſumatur *tragæa.* V.G. ℞. *ſem. aniſ. fœnic. an. dr. vj. einam. acut. dr. ij. coriand. præp. dr. ij. Corrall. rub. præp. marg. præp. an. dr.1. s. cinam. acut. dr. ij. amb. griſ. ſcr.1. ſacch. albis. quadruplum M.* Exercitij loco ſint *friction.* ſomnus ſit mediocris, nec meridianus, alvus laxa, exulent venus, ira, triſtitia.

II. Singulis ſolſtitiis ſi ſanguis abundet, inſtituatur V.S. quo ſpectat apertio hœmorrhoidum.

III. Quoliber menſe purgandum per *pilul. de ſuccin. Crat. vel coch. cum caſtor, & pauco ſtimulo.*

IV. *Dieta sudorifera* prodesse potest : laudatur & usus *herb theè* naturaliter somnum fugantis.

V. *Fonticuli*, excitandi in brachio, & pede brachij oppositi : magni etiam usûs *setaceum*, vel loco hujus *fonticulus* in nucha, prosunt etiam *scarificat. Evacuation.* particulares per *errhin. apophlegmaticantia*.

VI. Conveniunt *roborantia* ùt *succin. castor. cinnab. spir. sal. armon. fulig. sang. hum. secundin. sem. sinap. eruc. nux mosch.* frequenter masticata, *elix. vit. aq. apoplect. spir. ceras. nig.* sed hæc moderatè, nè spiritus vini instar magis ad apoplexiam disponant præsertim in calidioribus. *Chocolat.* rotulæ in usu esse possunt sequentes. ℞. *amb. gris. scr. s. ol. destill. anis cinam. nuc. mosch. an. gut. ij. caryoph. gut. i. sacch. in aq. fl. arant. sol. unc. iv. M. f. rot.* vel ℞ *sp. diamb. dr. ij. conf. alk. compl. scr. ij. amb. gris. gr. vj. sacch. albiss. in aq. nuc. mosch. dissol. q. s. M. f. rotul. addi posset extr. lig. alo. ol. cinam. mosch. &c.* Morsul. ℞. *spec. diamb. diamosch. d. an. dr. ij. cubeb. dr. iij. cardam. dr. i. nuc. ind. condit. unc. i. cort. arant. condit. dr. vj. medull. nuc. ind. condit. dr. ij. mac. dr. i. sacch. in aq. lavend. dissol. lib. i. M. f. Morsell. asperg. ol. dest. nuc. mosch.* Pulveres. ℞. *Succin. alb. unc. s. spec. diarrhod. abb. dr. ij. rad. Pæon. dr. i. s. M. f. pulv. l.* ℞. *Succin. alb. pulv. dr. ij. spec. diamb. dr. i. sem. caru. dr. s. M. f. pulv. de quo singulis mensibus dr. i. sumatur die uno ante & Post novi lunium ex aq. ceras. nig* Electuar. ℞. *Conf. fl. tun. unc. s. sem. sinap. alb. dr. vj. cardam. dr. i. aq. apopl. q. s. vel* ℞. *Conf. fl. ant. primul. ver. ros. an. unc. i. cort. cit. condit.*

condit. nuc. ind condit. an. dr. ij. ſpec. diamb. diamoſch. d. an. dr. 1. conf. hyac. dr. 1. s. ſmaragd. præp. ſcr. 1. ſp. vitriol. cephal. ſcr. ij. ſyr. deſtæch. q. ſ. M. f. Elect. Extrinſecùs *inunctiones* manuum, extremitatum, temporum, & vertic. cum *balſ. apopl.* v. g. ℞. *ol. nuc. moſch. unc. s. Zibet. dr. ij. moſch. amb. an. dr. 1. M. Emplaſtrum* ad raſum caput ex *antepil. Craton.* vel ℞. *Gumm. tacamach unc. 1 ſtor. calam. unc. s. Balſ. peruv. dr. ij. ol. ſuccin. alb. ſcr. ij. thereb cyp. q. ſ. M. f. Empl. deraſis capillis vertici applicandum.* cucupha v. g. ℞. *fl. cham. rom. piij lavend. fl. prim. ver. ſtæch. arab. an. pij fol. laur. meliſſ. puleg. an. piij, ſuccin. dr. iij. Gumm. Juniper. dr. 1. s. benz. ſtor. calam. an. dr. 1. nuc. moſch. dr. ij. raſ. lig. Rhod. dr. iij. moſch. gr. iij. Inciſ. & contuſ. aſperg. ſp. lil. convall. & f. cucuph.*

Paralyſis.

NOm. Paralyſis etiam dicitur *reſolutio* aut *mollificatio nervorum, apoplexia particularis, paralyſis privativa:* german. die Lahme.

Definit. Eſt motus in una parte vel pluribus abolitio, quandoque & ſensûs ſimul, exorta ex defectu ſpirituum anim. qui vel non debitè influunt, vel in partibus non debitè recipiuntur.

Gen. Eſt ſymptoma motûs aboliti, quandoque etiam ſensûs.

Subject. Sunt muſculi fibris motricibus, & nervis præditi, qui nunc in inſertione, nunc in origine, ſpinali ſcil: medulla, ſunt læſi.

Differ. Alia *privativa*, quæ apoplexiam ſequi-

tur, vel *per se* inchoat existente vitio in nervis, vel spinali medulla: alia *positiva s. paresis*, de qua infrà: illa vel est *innominata*, dum omnes partes infrà caput sunt paralyticæ, alia *hemiplexia*, alia *paraplegia* de quibus suprà, alia *levior* ubi motus cessat remanente sensu, alia *fortior* ubi sensus simul cessat, alia *fortissima* ubi simul partes frigidæ, laxæ, ad *marasmum & atrophiam* pronæ.

Caus. internæ, defectus spirituum anim. accidens spinali medulla vel nervis aut nimiùm refrigeratis, & humectatis nam ex *Hip. 5. aph. 18. frigidum inimicum ossibus, dentibus, nervis &c.* vel obstructis ab humore crasso in eorum meditullium se insinuante, aut extrà eos comprimente, vel nimiùm irrigatis ab humoribus seroso-biliosis, quod tamen potiùs in *paresi* accidit, aut iis distortis in *luxatione vertebrarum*, aut solutam unitatem passis in *vulneribus*, aut vi narcoticà affectis ex contactu *torpedinis, mercur. viv.* aut fibris nervosis circa radicem spinalis medullæ contractis, ut spiritus anim. debitè transire nequeant, hinc paralysis & convulsio sæpiùs permutantur.

Externæ frigus aëris, mora in aqua frigida, vel pluviis, attactus mercurij, hinc familiaris aurifabris, specula inargentantibus, & fossoribus in fodinis *mercur. vel arsenic.* somnus in loco humido, radij lunares, crapul. vinum jejunè bibitum, venus nimia, ira, mœror, suppressæ consvetæ evacuationes, casus, contusio, vulnera, luxationes.

Signa Diagnost. in definition. & different. expressa.

Prognost. Est morbus curatu difficilis: hinc

Christo

Chriſto Medico in Evangelio pro curatione propoſitus: chronicus etiam per plures menſes, & annos quandoque durans, & plerumque denuo tranſiens in apoplexiam. In ſenibus incurabilis eſt: vere & æſtate citiùs quàm hyeme curatur. bonum, ſi ei ſuperveniat tremor, aut ſenſus formicationis, ſi partes actu calidæ, ſi febris valida, vel diarrhæa ſuperveniat: malum ſi partes continuò frigidæ, pallidæ, vel atrophia ſuperveniat. Crurum & pedum reſolutio faciliùs curatur quàm partium ſuperiorum.

Indicat. pro cauſarum varietate variæ: in generæ tamen humores peccantes revellendi, evacuandi, diſcutiendi, abſumendi, ulterior eorum geneſis præcavenda, intemperies cerebri corrigenda, & partes nervoſæ roborandæ.

Curat. fit I. Præmiſſ. *Clyſter.* vel laxativo, aut vomitorio abſtinendo à V.S. nî plethora vel ſuppreſſa *ſangvin.* evacuatio adſit, vel malum oriatur ex ictu, caſ. vuln.

II. Materia præparanda, v.g. ℞. *aq. iv. arthet. unc. iij. primul. ver. unc. ij. beton. hyſſop. lil. convall. an. unc. iij. ſyr. de beton. deſtæch. an. unc. ij. oxymell. ſquil. unc. I. s. M. col. doſ. unc. 3. l. 4. m. & v, vel* ℞. *mell. puriſſ. unc. v. aq. comm. lib. 3. coq. lent. ign. ad deſpumat. in Col ferv. infund. fl. ſalv. orig. an. m. s. ſtæch. arab. primul. ver. puleg. beton. ſerpill. an. pj. rad. Pæon. irid. an. unc. s. ſem. aniſ. fænic. coriand. an. dr. I. mac. cinam. cardam. an. ſcr. iv. cubeb. dr iij. ſtent. in loco calido p. noct. m. bull. ſemel atque iterum Col. clarif. cum alb. ov. doſ. unc. iv, bis de die.* hinc purganda *pilul. fætid. de*

agar.

agar. &c. Cum caſtor. & troch. alchand. aut hydromellite laxativo. v.g. ℞. *Extr. panchym. ſcr. 1 troch. alchand. gr. v. ſal. vol. ſuccin. gr. iv. cum ſ. q. ſyr. de ſtæch. M. f. pil. N. xj. deaur. vel* ℞. *maſſ. pil. fætid. l. extr. coch. ſcr. 1. Extr. Elleb. nig. gr. x. caſtor. gr. iv. troch. alch. gr. iij. vel mag. Gial. gr. v. cum ol. ſuccin. ſ. q. M. f. pilul. N. xiij. deaur.* ℞. *rad. ennul. fænic. Ir. fl. an. dr. ij. herb. beton. meliſſ. anth. ſalv. an. pj. fol. ſenn. ſ. unc. 1. agar. troch. unc. s. mechoac. dr. iij. turb. alb. Gumm. dr. ij. galang. min. dr. 1. M. f. nodul. pro menſ. hydromel.*

III. In malo contumaciori *diæta ſudorif.* inſtituenda ex decoct. *Guajac. & ejus cortice*, v. g. ℞. *lign. Guajac. unc. iv. cort. eiusdem unc. 1. ſaſaph. dr. vj. rad. ennul. Pæon. irid. an. unc. s. inciſ. & conquaſſ. affund. aq. font. puriſſ. lib. v. ſtent. infuſ. in loco calid. per hor. 24. coq. ad remax. lib. iij. s. add. in fine coct. fl. ſalv. primul. ver. anth. lavend. ſtæch. an. dr. ij. cinam. acut. unc. s. ebull. ſemel atque iterum. Colat. dulcoretur ſacch. aſſumptis unc. 4. ſudetur.* in laconico excitato vapore, vel per *ſpir. vin. vel decoct. cephalic.* ſcoriis aut lapidibus ignitis inſperſo. v. g, ℞. *herb. major. ſalv. hyſſop. ſerpill. an. mj. fl. chamom. roriſm. an. mj. lavend. m. s. bacc. Juniper. unc. iv. fol. laur. mj. s. coq. ex aq. l. acet. ſ. q. proſuffumig.* Si æger in laconico ſudore nequeat, River. poſt hauſtum ſudoriferum admovet partibus paralyticis lateres ignitos extinctos in decoct. cephal. parato cum vin. alb. ac pauco acet. & linteo involutos, poſſunt etiam ante hauſtum, ſudoriferum ſumi *pulv. ex ant. diaph. ſal. vol. cc. viper. cinnab. &c.*

IV. Ca-

IV. Capite magis affecto proſunt etiam *errhina & apophlegmatiſmi*; v. g. ℞. *aq. major. unc. i. pulv. lil. convall. ſcr. i. s. beton. ſcr. s. M.* ℞. *nicot. rec. mj. rad. pyreth. maſt. an. unc. s. z. z. cardam. cubeb. an. dr. iij. cum ſ. q. mell. anthoſ f. globul. quorum unus vel alter maſticetur.* ℞. *orig. major. ſerpill. an. mj. fol. nicot. piij. rad. pyreth. unc. s. ſem. nig. dr. s. cardam. cubeb. an dr. s. coq. ex aq. ſ. q. in Col. unc. viij. diſſolv. ſyr. de nicot. unc. i. beton. unc. s. oxymel. ſquill. dr. iij. M. pro Gargariſ. Cauſticum* etiam occipiti applicatum prodeſt, vel brachio ſano, ſi alterum ſit affectum, vel utrique ſi tibiæ laborent, quidam etiam *veſicatoria* applicant.

V. Roborantibus *anti paralyticis* utendum, ùt v. g. *Eſſent. amb. cum ſpir. ceraſ. nig. & confect. alk.* rotul. v. g. ℞. *Succin. alb. præp. dr. i. s. rad. ir. dr. i. amb. gr. v. ol. deſt. cinam. gut. vj. nuc. moſch. gut. ix. ſacch. albiſſ. in aq. lavend. ſol. unc. iij. M. f. rot. conveniunt & morſell. Zwelfer. vel* ℞. *ſpec. diamb. diamoſch. d. an. dr. s. contra apoplex. diarrhod. abbat. an. ſcr. ij. ſuccin. alb. præp. dr. s. extr. lig. alo. gr. iv. confect. alk. compl. ſcr. iv. ol. nuciſt. expr. gut. vj. conſ. fl. anth. unc. s. amb. griſ. in ſp. ceraſ. nig. ſol. gr. iv. ſacch. in aq. beton. ſol. unc. vj. M. f. morſell.* Mixturæ. v. g. *aq. cephal. Carol. v. unc. iij. apoplect. carbunc. cinam. an. unc. i. ſp. lil. convall. meliſſ. an. gut. xiij. ceraſ. nig. unc. s. man. chriſt. perlat. dr. ij. M.*

Elect.

Elect. ℞ *Elect. cephal. Timæ. unc. ℔. conſ. roriſm. primul. ver. an. unc. ij. cubeb. dr. vj. cardam. dr. ij. ol. deſt. ſalv. gut. xv. condit. calam. aromat. unc. i. s. cum ſyr. deſtach. ſ. q. M. f. Elect. cujus doſ. magnit. nuc. lugl. plura vid. de Apopl.*

VI. Conveniunt *topica* ùt *fricț.* cum pannis calidis, *urticationes*, inunctiones & partem affectam, & ſpinalem in medulam ex *galbanet. balſ. guidon. ol. lumb. vulp. laur. philoſoph. deſtill. ſuccin. lavend. roriſm. ſalv. pingued. hum. caſtor. balſ. peruv. paralyt. Minſicht. ung. nervin. martial. &c.* v. g. ℞. *ol. lumbric. compoſ. unc. ij. Philoſoph. unc. s. vulp. laur. rutac. an. unc. i. ol. deſt. ſuccin. ſcr. i. major. ſalv. rôriſm. an. gut. xv. ping. caſtor. dr. ii. cer. parum. M. vel* ℞. *ung. nervin. Martiat. an. unc. i. ol. thereb. dr. i. ſal. vol. cc. in ſpir. proprio ſol. ſcr. ij. M.* ℞. *ung. nervin. unc. i. ol. lumb. terreſt. dr. iij. Balſ. minſ. vel ſulph. camph. dr. i. axung hom. caſtor. vulp. an. dr. i. s. ol. nuciſt. expr. dr. i. M.* fomenta ex *ſpir. vin. camph. aq. apopl. balſ. peruv. vel ſpir. tartar. rectif. cum duplo ſpir. vin. vel ſpir. vin. cum ſpir. lumb. eſſ. caſtor. ſuccin.* v.g. ℞ *aq. arthrit. unc. vj. apopl. unc. iij. Balſ. peruv. dr. vj. M.* ℞. *ſp. vin. camph. unc. iij. ſp. lumb. terreſt. unc. s. Eſſ. caſtor dr. vj. M. affricetur quottidie membris reſolutis. vel* ℞. *ſp. vin. camph. unc. iij. formic. lumbric. aq. apopl.*

vel

vel arthrit. an. unc. ij. Eſſent. 3. piper. dr. x. ſem. eruc. unc. s. alum. plum. Euphorb. an. ſcr. i. M. in vitro clauſ. & poſt diggeſt. filt. p. chart. quâ partes poſt levem præmiſſam frictionem illinantur prodeſt &c. Eſſent. ſuccin. cum ſp. vin. rectif. fact. item ſpir. vin. 2p. et. 1. ſp. tart. rectif. huc ſpectat frictio cum *urina pueri calida.* evaporationes ex decoct. *herb. cephal. ex vin. alb.* v. g. ℞. *fol. laur. lavend. orig. an. mij. fl. roriſm. ſalv. ſambuc. ſtæch. an. p. ij. conorum abiet. N. xij. bacc. juniper. m. v. coq. in vin. & acet. ſ. q. affund. ſuper later. ignit. & excipiatur vapor.* ſuffitus linteanimum. v. g. ℞. *maſt. unc. ij. Gumm. juniper. tacamach. carann. an. unc. i. ſuccin. unc. s. benz. ſtorac. roſ. rub. fl. lavend. an. dr. ij. M. f. pulv. pro ſuffit.* huc etiam pertinent. *Emplaſt. diaphoret. Minſicht. ex tacamach. cum ol. ſuccin. de beton. de bacc. laur.* Huc ſpectant *vinacea* autumnali tempore, vel *grana hordeacea* poſt cereviſiam confectam reſidua die Tröbern / quæ multùm proſunt: *alij* etiam *fæcibus vini calidis* utuntur, *balnea* plurimi usûs tum *naturalia*, tum *thermæ potu, balneo, latione* capitis uſurpatæ: tum *artificialia*, vel ex *formicis* parata integrum earum cubile ſacculo incluſum cum aqua efferveſcere ſinendo, vel ex mineralibus, & nervinis ùt v. g. *fol. beton. ſalv puleg. major. roriſm. hyſſop. orig. thym. bacc. & ſumit. juniper. bacc. laur. alum. ſulf. nit. &c* v. g. ℞. *fol. beton. ſalv. puleg. majoran. roriſm. orig. hyſſop. thym.*

cham.

chamæpyth. an. mij. Bacc. juniper. mij. ſulph. lib. ij. nit. lib. j. M. pro Baln. vel ℞. *alum. ſulph. bacc. laur. an. lib. 1. Bacc. & ſumit. junip. m. ij. fol. ſalv. nob. mj. M. includ. ſaccul. pro Baln.*

VII. *Oiæta* aër ſit calidus, ſiccus purus naturâ vel arte talis : vitandus pluv. nebul. & frigid.: cibi ſint boni ſucci, carnes magis aſſæ quàm elixæ, panis ſit conditus *ſem. carv. aniſ. fænic. piſces. ſaxatil. aromatibus* conditi ſint : abſtinendum à *flatulentis, ſalitis, fumo induratis, acidis lacticin. avibus paluſtr. carnibus agnin. porcin. &c.* potus ſit *dococt. ſaſaph.* v. g. ℞. *lig. ſaſaph. craſſè limat. ſcr. ij. cinam. acut. confract. dr. 1. s. paſſul. dr. ij. ſacch. cand. dr. s. aq. font. lib. iij. coq. in dupl. vaſe. 4. vel 5. hor. col.* ℞. *rad. chin. unc. 1. s. ſem. aniſ. unc. s. coq. in aq. font. menſ. 1. s. ad conſumpt. 3. p. add. in fine cinam. el. dr. ij. M. huc etiam ſpectat. tragea ordin. in Apoplex.* vel *theè*, vel *hydromel.* vel *cereviſ. ſalviata. vinum* nocivum nisi paucum *ſalviatum, ſomnus, & vigiliæ* ſint mediocres, *venus*, & *animi pathemata* exulent, *alvúſque* ſit *lubrica.*

Pareſis, ſeu Contractura.

NOm. pareſis ad differentiam prioris dicitur etiam *paralyſis ſpuria vel poſitiva*, cùm ſpiritus hic influant, ſed non recipiantur, it: *contractura* die Contractur.

Definit. eſt motûs voluntarii in pluribus vel paucioribus corporis partibus abolitio vel diminutio remanente plùs minùs ſenſu, dependens à

reſolutione, relaxatione & atonia fibrarum nervearum in muſculis tendinibus & ligamentis.

Genus eſt ſymptoma motûs animalis plùs minùs aboliti.

Subject. fibræ nerveæ muſculorum, tendinum & ligamentorum.

Different. alia eſt cum *dolore*, alia cum *inſenſibilitate*, alia cum *atrophia*, alia cum *tremore*, alia cum *contractione membrorum.* Differt á vera paralyſi tum parte affectâ, quia in hac non ſpinalis medulla & nervi, ſed muſculi & tendines afficiuntur: tum quod in hac ſenſus tactûs magis ſuperſit, tum quòd ordinariè hæc ſequatur *ſcorbut. colicam*, vel *vinum immoderatè* ſumptum: illa autem *apoplexiam*; tum quòd hæc magis vaga ſit complicata quandoque cum doloribus *arthriticis* abiens interdum in *convulſiones*, vel in malo confirmato in contracturas.

Cauſ. immediat. eſt reſolutio ſ. relaxatio tendinum & muſculorum, eorúmque fibrarum aut tubulorum inverſio vel obſtructio, ut ſpiritus anim. non admittatur, vel non debitè recipiatur, ut membrum inflare & actuare poſſit.

Mediatæ humor tenuis, ſeroſus, bilioſus inprimis acido volatili auſtero ſociatus, tonum naturalem fibrarum laxans, nunc etiam contrahens.

Externæ præcedens ſcorbutus, vel colica convulſiva præſertim malè tractata vel remedijs calidis aut purgantibus vehementioribus exaſperata, hæc enim contumaciſſima in qua alvus pertinaciter clauſa, Umbilicus introrſum retrahitur cum torminibus atrociſſimis doloribus tandem remitten-

mittentibus cum corporis macie quandoque etiam febre ſæpiùs continua lenta ; ſubinde etiam intermittentis typum referente in membris ſtuporem vel tremorem , hinc pareſin & contracturam efficit: acido inteſtina & meſenterium priùs convellente ad partes exteriores per metaſtaſin delato: eò faciliùs etiam pareſis colicam ſequitur , ſi balnea in eadem uſurpentur utpote carnem muſculorum flaccidam effæminatam & ad deteriorem metaſtaſin recipiendam diſpoſitam reddentia ex *Hip.* enim 5. *aph.* 25. *calidum frequentiore uſu invehit hæc incommoda , carnis effæminationem , nervorum incontinentiam &c.* it. præcipua cauſa eſt abuſus vini præſertim ſulfurati, aut non debitè fermentati , ut fæculentiæ ſulfureæ & tartareæ non ſatis præcipitatæ fuerint , nec ſulfur narcoticum ſatis exhalaverit , ſic enim hoc acidum vini tartareum in ſtomacho non rite correctum in inteſtinis colicam , & in partibus extremis pareſin infert. it. motus vehementes iræ & excandeſcentiæ , hinc bile æſtuantibus frequentior.

Sign. diagnoſt. in definit. expreſſa. futuræ ex colica pareſis ſigna ſunt , effæta muſculorum conſtitutio, urina repente mutata , tinctáque magis , color partium externarum ictericus & ſubfuſcus, dolor dorſi & ſcapularum , ſenſus ſtuporis , tremoris vel formicationis in membris , ſcorbutica , niſi inveterata , vaga eſt uno die magis , altero minùs lædens , digitis manuum & pedum nunc intumeſcentibus , nunc detumeſcentibus , nunc ſtupentibus , nunc vagis doloribus infeſtatis.

Prognoſt.

Prognoſt. morbus hic Chronicus, & ſi radices egit, ardui negotij: minùs periculoſus, ſi vires adſint, ceu per motum criticum noxium ad remotiſſima expellentes. Quandoque viribus diuturnitate dolorum exhauſtis ſuccumbunt, vel in convulſiones incidunt.

Indicat: ſunt, acidum demulcere, temperare, blandè evacuare, diſcutere, membráque reſoluta roborare.

Curatio fit I. Clyſt. emollient. refrigerant. & abſtergentibus. v. g. ℞. *brod. carn. cum ſem. carv. decoct. unc. viij butyr. clyſmat. ſacch. rub. an. unc. ſ. ol. cham. mell. roſ. ſol. an. unc. 1. Vitell. ov. N. 1 M. Minderero. Clyſt. familiaris fuit ex lact. mell. & ol. alii eum parant ex lact. & therebint. l.* ℞. *lact. vacc. lib. j. ſ. ſem. caru. mj coq. ad lib. j add. mell. crud. unc. 1. ſ. ol. anet. cham. lin. an. unc. 1. ſal. dr. ſ. M. vel* ℞. *decoct. Emoll. unc. x diſſolv. El. lenit. diacathol. an. dr. vj. mell. roſ. col. unc. 1. ol. lin. unc. ij. vitell. ov. N. ij. M.*

II. Utendum lenientibus ùt *bochet. rhabarb. infuſ. ſenn. mechoac. tamar. rhab. cum ſyr. roſ. ſol. de cich. cum rhab. &c.* abſtinendum ſedulò à *fortioribus.* v. g. ℞. *Syr. roſ. ſol. aur. unc. ij. ſyr. de cich. cum rhabar. unc. j. aq. Borrag. q. ſ. M. col. aromatiz. cort. cit,* ℞. *Tamarind. dr. vj. paſſul. m. ſ. fl. viol. dr. 1. fol. ſenn. dr. ij. rhab. dr. 1. ſem. aniſ. ſcr. ſ. coq. in ſ. q. aq. in Col. unc. iij iv. diſſolv. mann. El. unc. ij. crem. tart. dr. ſ.*

vel El. ae tamarind. dr. iij syr. ros. sol. de cicch. cum rhab. an. unc. i. M. ℞. *Rhab. el. unc. s. grosso modo concis. infund. frigidè in lib. iv. aq. font. stent. per noct. dentur m. & v. unc. iiij.*

III. Sudorifera temperatiora prosunt ùt *spir. tartar. syr. de mil. chin. it.* temperantia ùt *ser. lact. acidul.* quibus intus assumptis, & extra per modum balnei usurpatis hoc malum plerumque tollitur, nisi summas radices egerit præsertim si malum sit productum affectionis hypochondriacæ, si macies simul & febris lenta adsit, prosunt *hordeat. jusculum decoct. chin. rad. cichor. scorz. endiv. acetos. hepat. nobil. hord. &c.* Emuls. *amygd. sem. mel. nucl. pin. cum brod. decoct. chin. &c.*

IV. Tandem topicis utendum, quæ ipsis membris paralyticis applicanda, sintque magis subtilia, calida & penetrantia, si æger complexionis humidioris, causa minus calida, & partes priùs intumuerint, secus si æger bilioſus, & pars ad atrophiam prona. materia eorum petenda ex paralysi, maximè prosunt *therm. Sulphureæ*, quo spectant artificiales *Doct. Sorbaith.* quæ sic habent ℞. *Sulph. viv. apyri. calc. viv. ana. lib.* i. *M. f. pulv. qui aliquot ebullitionibus cum aq. font. mens. viij. coq. hinc ab igne removeatur, ut subsideat, & refrigescat per noctem. altero die fiat Balneum plenum ex aq. fluviatili calida, ad cujus refrigerium decantetur lixivium pridie ex speciebus extract. remanente in fundo ollæ pulvere. Post usum Balnei*

ex

ex eiusdem aqua tantundem reaffundatur ad ollam, in qua pulvis ille ſubſedit, ſervetúrque reliqua Balnei aqua in cappa benè tecta: altero die eadem aqua caleſiat, & altero in olla exiſtens iterum ad refrigerium reaffundatur. taliter quater procedi poteſt, hinc novæ ſpecies recipiendæ.

Diæta. Cibi ſint euchymi ùt *caro vitul. hædin. agnim. gall. pull. capon. avicul.* elixa magìs, quam aſſa; vitanda *aromata, ſacharat. farinac. ſalſ. indurata* &c. Conceduntur *piſces ſaxatil.* prandium & cœna claudantur *diacydon.* vel *fœnicul.* ; *pauco ſach. obducto.* Vino abſtinendum, nam teſte *Minderero* Vino abſtinentes, omnes ferè ab hac pareſi liberantur. omne enim vinum etiam *Necarinum* in eorum ventriculis aceſcit. propotu igitur convenire poteſt *Cereviſ. alb.* vel *decoct. chin. ſaſaph.* vel ℞ *Sem. coriand. præp. dr. ij. liq. raſ. dr. iij. ſem. aniſ. ſcr. ſ. cinam. acut. dr. iij coq. in aq. menſ. ij. aliquot ebullit.* vel ℞. *rad. chin. unc. i. ſaſaph. unc. ſ. paſſul. min. unc. iv. cc. uſt. unc. ſ. ſem. anis. fœnic. tart. præp. cinam. an. dr. ij. M. incis. & contus. ad Chart. de his m. l. ij. coq. in aq. lib. ij. iij.* &c. *laudant. alij Bocchet. Rhabarb.* v.g. ℞ *aq. font. menſ. ij. ebull. per medium quadrant. horæ inf. Rhab. dr. i. ſant. cit. dr. ſ. cinam. parùm. refrig. & Col. propotu ordinario.* Ira & venus exulent, alvus lubrica *paſſulatis* ſervetur.

Convulsio, Motus convulsivi, & Epilepsia.

Nom. Convulsio etiam dicitur *spasmus s. distensio nervorum*, quò spectat *Crampus* der Krampff. Motus convulsivi s. *Spasmodici* die Fraiß / oder das Vergicht. Epilepsia dicitur etiam *morbus caducus, sacer, herculeus, puerilis, comitialis, lunaticus, sonticus*, der Hinfallendt / oder die schwere Noth.

Definit. Convulsio propriè sic dicta, est involuntaria, dolorifica ac stabilis musculorum suum principium versùs retractio cum membri immobilitate, & rigore. Motus convulsivi sunt etiam involuntaria musculorum suum principium versùs retractio, interpolata tamen, membro non in una sitûs differentia continuato, sed cum agitatione, & fibratione hinc inde concusso, ac modò extenso, modò contracto. Epilepsia est convulsio totius corporis interpolata, cum mentis & sensuum læsione.

Gen. Convulsio utraque est symptoma motûs depravati: Epilepsia verò abolitæ actionis principis cum motu depravato conjunctum.

Subject. Sunt fibrillæ nerveæ aut in membranas diffusæ, vel plus minùs in musculis, & tendinibus coadunatæ, ac spiritibus ani. turgidæ, in Epilepsia & Motibus convulsivis, cerebrum simul afficitur.

Different. Alia *Convulsio propriè dicta*, quæ etiam dicitur *tonica s. conductio & proportionata*

ad

ad materiam, alia *impropriè sic dicta s. donica* aut *clonica, concussio s. improportionata ad materiam*, nempe motus convulsivus (licèt quandoque promiscuè sumantur) prior alia *universalis*, ùt *emprostotanos*, dum per convulsionem musculorum mastoidæorũ caput, vel etiam spina dorsi per suos musculos anteriora versùs reflectitur: *opistotanos*, dum posteriora versùs, *tetanos*, dum caput vel etiam totum corpus rigidum, & immobile redditur. Alia *particularis*, út *satyriasis*, & *priapismus*, convulsiones musculorum penis: *spasmus cynicus*, contractio musculi oris lati ex una parte: *risus sardonius* ex utraque, *trismos* convulsio musculorum temporum, & maxillarum cum stridore dentium. Huc etiam spectat *crampus*, seu *spasmus* cacochymicis, flatulentis, ebriosis & ad arthritidem dispositis familiaris ortus à spiritu flatulento, aut humore tenui, acri, seroso, musculorum fibrillas vellicante, it. huc spectat *contractura*, quâ membrum semel convulsum semper hinc rigidum manet: it. *affectus ille innominatus*, quando genua rigida sunt ex contracto tendine per cavum genu transeunt: it. *affectus* ille, de quo loquitur *Hip. 4. aph. 35. si febre detento repente collum intorqueatur* (ex convulsione musculi mastoidæi) *ut vix deglutire queat, nullo existente tumore lethale.* Motus convulsivi alij afficiunt corpus, dum ægri subitò concidunt, aut saltèm sedentes, vel stantes omnibus sensuum functionibus subitò privantur citra sensibilem externam convulsionem, non autem semper internam, & hæc potiùs vertiginem caducam constituit. *Alij* afficiunt corpus vel

aliquas ejus partes, ſenſibus omnibus tam in quàm externis integrè perſtantibus; *alij* idem afficiunt ſenſibus in delirium abreptis, ùt ægri ſub convulſionibus ſaltent, cantent, rideant, lacrymentur, currant, pectus percutiant, ridicula narrent, &c. *Alij* corpus afflciunt cum omnium ſenſuum, ac rationis abolitione, qui gradus, ſi valde intenſus ſit, Epilepſia dicitur. it. motus convulſivi, alij ſunt *exterui* membra externa; alij *interni* viſcera interna membranoſa torquentes, ùt v. g. in *colicis, nephritic. hypochond. hyſteric. &c.* alia *idiopathica*: alia *ſympathica* & quidem vel per conſenſum totius, vel ventriculi aut inteſtinorum in *lumbricis*, vel hydochondriorum, vel uteri, vel partium externarum; alia *hæreditaria*: alia *aſciticia*: alia *periodica*: alia *non*: alia *levior, vaga accidentalis*: alia *gravior, habitualis*: alia omnino ſpecialis à Sydenhamb *Chorea S. Viti* dicta, quæ ùt plurimùm Pueros, vel Puellas à 10. ætatis anno ad pubertatem uſque invadit. Hæc primo ſeprodit claudicatione quadam vel potiùs inſtabilitate alterius cruris, quod æger poſt ſe trahit fatuorum more, hinc in manu ejusdem lateris cernitur, quam hoc morbo affectus vel pectori, vel alij alicui parti applicatam nullo modo continere valet in eodem ſitu vel horæ momento, ſed in alium ſitum & locum convulſione quadam diſtorquetur, quidquid æger contranitatur. Si vas aliquot potu plenum in manus porrigatur. antequam illud ad os adducat, mille geſticulationes facit huc illuc id verſans, & ex fortuna labiis inventis liquorem derepente in os Injiciens.

Cauſæ

Causa immediatæ ab *Hip. 6. aph.* 39. allegatur, dum ait: *convulsio fit vel à repletione, vel ab inanitione, uti & singultus.* Probabilior tamen est causa, tum irritatio fibrillarum nervearum in membranis & nervis, ab humore maligno, acri, peregrino, systemati nervoso specificè inimico, tum spirituum anim: tumultuarius, inordinatus & impetuosus motus, ut quasi dissilientes instar pulveris pyrij, aut auri fulminantis accensi, vímque elasticam suam exserentis impetuosè & confusè in nervos, membranas, & cerebrum veluti explodantur. In convulsione causa irritans magìs fixa est & subjecto moderatè viscido irretita, motus etiam spirituum magìs ordinatus, continuus, uniformis, ad unum muscolorum genus: in morbus convulsivis causa est magìs volatilis, vaporosa, spirituúmque motus magìs inordinatus, interruptus & confusus.

Mediatæ sunt humores & vapores acres nunc acidi, austeri, vitriolati, cùm omne acidum nervis inimicum, & melancholici ob acidum facilè fiant epileptici, nunc bilioſi, æruginoſi, exotici, nunc putridi, maligni, nervoso generi specificè infesti.

Dispositiv. hæreditaria dispositio, temperamentum melancholicum ob acrimoniam humorum acido austeram teste *Hip. 6. aph. 56.* nativitas in ecclypsi lunari aut tempore novilunij, ætas adolescentiæ 3. *aph.* 29. maximè puerilis 3. *aph.* 25. *Extern.* tempus vernum 3. *aph* 20. æstivum 3. *aph.* 21. imbres assidui 3. *aph.* 16. aër impurus, novi & plenilunium, cibi pravi nutrimenti, usus

creber apij, paſſerum, alaud. cothurnic. quæ characterem epilepticum in ſe habent. nimia repletio, crapula, ira, terror, punctura nervi, irritatio ſtomachi à medicamento *antimon:* vel *mercuriali* aut *elleborino*, ſuppreſſio menſium vel ſeminis, ulcera ſanata, caſus aut vulnera ſ. à fermento acri relicto, ſ. à feſtuca oſſis, ſ. cruore putreſcente & aceſcente. huc ſpectant morbi prægreſſi, ùt colica, arthrit. melanchol. ſcorbut. hypochondriaca, nixus pariendi, qui in diſpoſitis ſubinde epilepſiam inferi.

Signa diagnoſt. In definit. expreſſa. in epilepſia adeſt ſubitus collapſus, ſtridor dentium, os arctiſſimè clauſum, facies rubida, variegata, oculi tigentes, ſtrangulatio & interceptio ſpiritûs, ſpuma circa os, aphonia, labrorum tremor, caſus in terram, brachiorum jactatio, pedum tremor, pollicum manûs arcta clauſio, corporis concuſſio, elevatio, incurvatio, excrementorum ſubindè involuntaria excretio, linguæ per morſum læſio &c. immínentis epilepſiæ ſigna ſunt capitis gravitas, aurium tinnitus, oculorum corruſcationes, vertigo, tarditas vocis, pavores in ſomno, inſomnia turbulenta, corporis horrores, tremores, præcordia inflata, ſubinde ſenſus aſcendentis auræ frigidæ. In idiopathica cerebri affecti adſunt indicia citra læſionem alterius partis, æger citra præſenſum incautus ſubitò à paroxyſmo opprimitur, contingente ùt plurimùm circa phaſes lunæ, in ſympathico alterius partis affectæ adſunt ſigna, præſentitur ſubinde aſcenſus auræ frigidæ, quod ſpaſmo ſecundùm nervi ductum continuato

tinuato & spiritibus sursum resilientibus magis quàm vapori ascendenti adscribendum.

Prognost. Hip. 5. aph. 1. ait: *convulsio ab elleboro lethalis.* id. *5. aph. 2. 3. & 4.* ait: *convulsio à vulnere, à copioso sanguinis fluxu vel hypercatharsi lethale.* intellige ùt plurimùm. id. *7. aph. 10.* ait: *ab ileo vomitus vel singultus vel convulsio aut desipientia malum* id. *7. aph. 18.* ait: *ob vigiliam convalsio aut desipientia malum.* id. *2. aph. 26.* ait: *febrem convulsioni accedere melius est, quàm convulsionem febri.* id. *5. aph. 6.* ait: *qui tetano corripiuntur, intra 4. dies intereunt, si verè hos effugerint, sani fiunt.* Convulsiones, quæ graves phrenitides subsequuntur, ùt plurimum lethales. In febre maligna supervenientes convulsiones sæpius mortem portendunt. sic etiam contractiones & subsultus tendinum & membrorum sunt motus convulsivi, & admodum periculosi, præsertim delirio juncti. Si toto corpore à convulsionibus Immuni aut labrum, aut palpebra, aut lingua convellatur, mortem vel epilepsiam portendit. Convulsiones in principiis morborum acutorum minùs periculosæ, quàm in statu. Convulsio licèt nulla careat periculo, quæ tamen pueris accidit, & mulieribus (non autem gravidis, in quibus periculum abortûs causantur) plùs sæpiùs terroris, quàm periculi habent. *Hip. 4. aph. 66.* ait: *in febribus acutis convulsiones & cirea viscera vehementes dolores malum portendunt.* id. *4. aph. 67.* ait: *in febribus per somnum pavores & convulsiones malum.* id. *4. aph. 68.* ait: *in febribus spiratio offendens.* (id est interrupta,

inter-

interciſa & ſuſpitioſa) *malum*. Convulſionem enim ſignificat. id. 5. *aph. 70.* ait: *qui quartanâ corripiuntur, non admodum convulſionibus tentantue, ſi verò priùs tentati fuerint, ſuperveniente 4. tantâ liberantur.* Epilepſia morbi genus portentoſum, fædum & ignominioſum incurabile eſt, ſi ſit hæreditaria, habitualis difficulter eradicatur, mitior tamen reddi poteſt. *Hip. 5. aph. 7.* ait: *epilepſia ante pubertatem ammotionem recipit, poſt 25. verò. annum ad mortem uſque comitatur.* quod ut plurimùm non autem ſemper verùm eſt, id, 2. *aph 45.* ait: *epilepſiâ laborantes juvenes, tum loci, temporum, victûs, tum maximè ætatis mutatio liberat.* Epilepſia eſt morbus chronicus ratione circuitûs univerſalis, acutus tamen ratione paroxyſmi, mutari quandoque, ſolet in apoplexiam vel paralyſin vel fatuitatem vel inſaniam melancholicam, quandoque eam ſequi ſolet ſtrabiſmus.

Indicationes ſunt, ægrum excitare, cauſam morbificam à capite revellere, evacuare, diſcutere, cerebrúmque ac genus nervoſum roborare.

Curatio in Paroxyſm. fit I. Ægrum collocando capite ſublimi in loco lucido, os apertum ſervando interjecto *cohleari ligneo, vel lig. ex viſc. querc. vel rad Pæon. vel bacul. glychiriz.* aut vulgari ligno linteo obducto ein hiltzenes Schäuffele. Membra convulſa in rectum leniter extendendo, inunctâ priùs ſeq. ung. ℞. *ol. lumb. unc. s. caſtor. rut. an. unc. iij. amygd. d. dr. vj. ol. ſuccin. rectif. gut. x. M.* Quibus etiam tota ſpina dorſi inungi poteſt, excitando ægrum odoramentis ùt *balſ. rut. ſuccin.*

Tuccin. apopl. acet. rutac. aq hirund. cum castor. adhibendo etiam naribus *spir. sal. armon. cc. fulig. ungul. alc. vide Apoplex.*

II. Instituendo revulsiones per ligaturas, frictiones deorsum factas præsertim pedum cum *sal. & acet.* clyster. acres ex decoct. *rut. colocynth. &.* suppositoria acria, *vid. Com. & Apoplex.* vomitoria, si primi epilepsiæ natales sint in ventriculo, & partibus vicinis.

III. V. S. In ipso Paroxysmo, nec satis tuta, nec utilis, tutior inter accessionem & accessionem. Si tamen ex copia, & stagnatione sanguinis oriatur epilepsia, aliqui eam adhibent observando tamen, ut deligatio & ictus cautè iustituatur.

IV. Paroxysmo diutiùs persistente applicanda vesicatoria. sternutatoria cautiùs in essentiali: tutiùs in sympathica pro disploſione & discussione materiæ usurpanda. v. g. ℞. *Rad. Elleb. alb. dr* I. *castor. euphorb. an. dr. s. M.* prodest etiam *vitriol. alb. aq. majoran. dissol. addito castor. & amb. vel pulv. sternut. Timæ. vid. Com.*

V. Exhibenda statim antepileptica, nec negligenda amuleta ex *rad. Pæon. visc. querc. angul. alc.* v. g. ℞. *Rad. Pæon. unc. s. sem. Pæon. ex cort. dr. j. contund. parùm & cum seric. rub. f. saccul. in forma cord. interfut. vel* ℞. *rad. Pæon. visc. q. an. unc.* I. *angul. alc. dr. ij. nuc. mosch. charyoph. mac. an. dr* I. *f. pulv. & sind. rub. excip. ac f. saccul. collo append.* Applicando capiti *empl. antepil. Craton.* Opiata parciùs antepilepticis immixta efferos spiritus quasi popismate demulcent, archeum furibundum

pla-

placant, acidum corrigunt, irritationémque fibrarum ſiſtunt, ſed cautè, nec frequenter.

Curatio extra Paroxyſmum I. Apparente plethorâ, vel ſanguinis ſuppreſſione V. S. convenit inſtituta in brachio: in malo ſympathico, vel ſuppreſſ. menſium *ſaphena* aperienda *venarum ſedalium* apertio ſubinde multùm proficua.

II. Humor quicunque in corpore abundans, additis ſemper *antepilepticis* præparandus: hinc evacuandus, à lenioribus ad fortiora progrediendo, ſubinde etiam ad *mercurialia, antimoniata, elleborina, &c.* purgantia ſæpius repetenda præſertim ante novi- & plenilunium, additis ſemper *ſpecificis.* v.g. ℞. *Maſſ. pilul. de ſuccin. Crat. vel tartar. bont. dr. ij. reſin. Gial. gr. xvj. caſtor. ſcr. 1. ol. roriſm. vel. ſuccin. gut. xvj. Gumm. ammon. in aq. ceras. uig. fol. q.ſ. f. pilul. de aur. doſ. ſcr. 1. vel dr. ſ. vel* ℞. *Gumm. gott. dr. ſ. mag. Gial. troch. alch. an. dr. 1. ſ. Pulv. Syr. Extr. Elleb. nig. à dr. ſ. ol. anis. gut. x. cum Elix. prop. ſ. q. M. f. pil. ex dr. 1. N. xxxvj dentur ad ſcat. cum pulv. Glych. doſ. à ſcrup. ſ. ad . 1. poteſt et addi Mercur. d.* Purgantia hæc ſæpiùs repetenda præſertim ane novi- & plenilunium, vel etiam quadraturas.

III. Pro radice ſæpiùs altè infixa expugnanda proderit decoct. *guajac. chin. addito viſc. querc. & rad. Pæon.* v.g. ℞. *lig. Guajac. lib. 1. viſc. q. unc. iij. rad. Pæon. unc. 1 inf. per hor. 24. in lib. xij. aq. hinc coq. ad conſumpt. 3. p. col. vel exhiberi poteſt decoct. chin. cum viſc. querc. raſ. ebor. in Jure columb. &c.*

IV. Si malum oriatur ex hypochondrijs præſtan-

stantes saepè sunt *acidulæ* deobstruendo, contemperando, roborando, corruptioni resistendo & figendo fermentationes. it. martialia & absorbentia *ex sal, absynth. corall. perl.* &c. Si ab utero: conveniunt clyst. apertio saphenæ, antepileptica & uterina &c. si à lumbricis *anthelmintica* antepilepticis misceantur: si à partibus externis, ligaturæ & inustio fonticuli prosunt.

V. Si Cerebrum præcipuè affectum, instituendæ evacuation. particulares per *errhin. sternut. & apophlegmatismos.* laudantur etiam *fontic. setac. vesicat. trepanat* &c.

VI. Conveniunt specifica antepileptica, quæ non tam vi specificâ quàm acidum absorbendo. vel spiritus efferatos figendo, vel adstrictione poros nimis laxos occludendo prosunt. Ex *regno animali* laudantur *sang. hum. ejúsque spir. sal. vol. & ole. secund. hum. vel in pulv. vel ejus spir. cran. hum. ejúsque sal vol. & ol. usnea ungul. alc. ejúsque magist. sal. vol. & spir. dens hippopotham. castor. ejúsque essent. sterc. pavon. vel leon. pulv. ægagropil.* Gambs & Kugl. *unicorn. ejúsque sal. vol. ova cothurnic. cinis talp. epar. ran. virid. fel. catul. lactant. cc. ejúsque gelat. sal. vol. & spir. aq. hirund. cum castor. Ex regno vegetabili. rad. & sem. paon. visc. querc. tiliac. & corylinus. rut. sylv. tilia lil. convall. rad. valer. sylv. bacc. herb. parid. dentar. lunar. sapon. aq. & spr. cerasor. nig. lil. convall. ol. bux.*

&c.

&c. ex regno minerali, aur. potab. cinnab. nat. & antim. ſuccin. eſúsque ſal. vol. & ol. unicorn. foſſ. ſmaragd. camph. cryſtall. pp. tinct. lun. corall. ſpir. vitriol. volat. mixtur. ſ. &c. ex compoſitis pulv. niger. ab Hæfero deſcript. pulv. cinnabarin. Craton. antepil. Zwelf. Timæ. Bartholin. Item ℞ pulv. March. Epil. ſcr. 1. cinnab. antim. gr. viij. lap. bez. gr. viij. M. f. pulv. ℞. cinnab. nat. dr. ij. cinnab. antim. dr. 1. s. ungul. alc. præp. mat. perl. præp. an. dr. 1. cc. phil. præp. dr. ij. M. f. pulv. cuius doſ. dr. s. ℞. pulv. March. mirab. Epilept. Minſicht. an. ſcr. ij. cinnab. nat. & antim. an. ſcr. 1. cran. hum. magiſt. ſuccin. ungul. alc. an. ſcr. s. M. f. pulv. de quo cuſpis cultelli exhib. in ſeq. aq. ℞. aq. fl. til. ceraſ. nig. pæon. an. unc. 1. Epil. lang. unc. s. ſyr. fl. pæon. unc. s. M. in Mixtura. ℞. aq. ceras. nig. fl. til. pæon. an. unc. 1. Epil. lang. hirund. cum caſtor. an. unc. s. pulv. March. Epil. ſcr. 1. lap. bez. vel cinnab. antim. gr. iv. ſyr. fl. pæon. l. tunic. unc. 1. M. poſſet etiam addi liq. cc. ſuccin. ſcr. 1. item mag. perl. corrall. conf. alk &c. in forma Julep. ℞. aq. ceras. nig. unc. v. mirab. lang. Epilept. ejus an unc. s. ſyr. fl. pæon. unc. I. l. 1. s. ſp. vit. q. ſ. M. in forma Elect. prodeſt theriac. ſmaragd. Elect. River. vel ℞. conſ. fl. pæon. unc. 1. nuc. moſch. condit. unc. ij. cort. cit. cond. unc. s. ſpec.

aron.

arom. dr. 1. cum syr. Paon. s. q. M. f. Elect. vel ℞. pulv. Epil. unc. s. medull. nuc. ind. condit. dr. vj. conf. alk. de hyac. an. dr. ij. tinct. lun. dr. 1. sp. til. ros. lil. convall. an. scr. 1. Ess. amb. dr. ij. syr. Paon. q. s. in tabell. tabell. antepil. Hartm. Sumi solent hæc medicamenta uno die ante novi- vel plenilunium. Ex amuletis laudantur rad. imperat. Paon. sambucus in salice antiqua nascens. ung. alc. cran. hum. visc. querc. cingulum ventris & lumborum ex corio lupi.

VII. Topica in convulsione sunt, inunct. ex ol. vulp. lumbr. castor. laur. philosoph. catell. petrol. succin. juniper. spic. cer. galbanet. P. ung. nerv. de alt. spasmod. Minsicht. ping. anser. remediis nervinis infarcti & assi. v. g. ℞. ung. de alth. unc. vj. ol. thereb. chamom. an. unc. 1. ol. lavend. dr. iij. ol. vulp. unc. s. styr. liq. unc. ij. M. f. linim. quo calido jungatur pars affecta & spina dors. ℞. ol. aneth. chamom. an. unc. 1. ung. Mart. l. nervin. unc. s. ol. petrol. de spic. an. dr. 1. sp. vin. dr. iij. ℞. ueg. nerv. unc. ij. ol. laur. unc. s. lumb. dr. iij. juniper. philos. petrol. an. dr. 1. M. ℞. fol. salu. majoran. stæchad. an. mj. Gumm. ammon. bdel. an. unc. 1. calam. aromat. nuc. mosch. charyoph. an. unc. s. contus. includ. ventri anser. qui consuatur ac in veru assetur, pinguedo extill. excip. vase aceto semiplen. ℞. hujus pingued. unc. iij.

ol.

ol. nuc. moſch. ſalv. an. dr. ij. foment. *ex ſpir. vin. crocat. ſpir. Iuniper. roriſm. lumbr. ſpasmod. Minſ. aq. theriac. camph. apopl. hirund. cum caſtor. eſſent. ex nervinis parat.* empla. *diaph. oxycroc.* baln. ex decoct. *herb. cephal.* additâ tertiâ parte *olei*, vel pro dolore leniendo ex *ol. ſolo*, incoctâ vulpe, vel ex *ol. & lact.* aut *decoct. emolliente.* v. g. ℞. *rad. alth. lil. alb. an. lib. s. fol. malv. violar. orig. ſalv. abſint, an mij. ſem. lin. fænugræc. an. lib. 1. coq. pro Baln.* proſunt & *baln. vaporoſa, therm.* &c. *Hip. 5. aph. 25.* ait: *Articulorum dolores absque ulcere, atque etiam podagricos, & convulſiones magna ex parte frigida large effuſa levat, extenuat, nam modicus torpor dolorem ſolvendi vim habet.* id. *5. aph. 21.* ait: *eſt tamen, ubi in tetano ſinè ulcere, juvene euſarcho, æſtate mediâ, frigidæ larga profuſio calorem revocat: calor verò hunc ſolvit.* Verùm, licèt aliquando hæc curæ ſuccesſerint, defactò tamen minùs tutæ, & practicabiles ſunt. In Spaſmo flatulento convenit inunct. cum *ping anſ. ol. ſalv. cer. nuc. moſch. vel ol. laur. lavend. thereb. limac. nig.* Injectis poſtmodum faſciis. Fiunt etiam armillæ, cingula & vincula *ex corio hum.* optimum præſervativum eſt *exactior. dieta, & vitatio refrigerationis membrorum* inter dormiendum.

Dieta in convulſ. & Epilepſ. aër ſit, purus, temperatus, ſerenus, vitetur frigidus, nebuloſus: cibi ſint coctu faciles, aſſi magis, quàm elixi, vitentur edulia craſſa, flatulenta, ſtiptica, frigida, ſalſa, acida, muriata, dulcia, pinguia, lacticin. vinum

fæcu-

fæculentum, vapores carbonum. Potus sit decoct. v. g. ℞. *Sasaph. dr. ij. visc. querc. dr. 1. rad. Pæon. sem. coriand. an. dr. s. coq. in 2. mens. aq. ad. 3. vel* ℞. *rad. chin. chariophillat. Pæon. an. unc. s. ras. lign. saspah. dr. ij. cinam. acut. dr. iij. M. pro spec. potûs, de quo mj. l. ij. coq. in mens. 1. l. ij. aq. font. &c.* Vitetur vinum, vel non nisi paucum, oligophorum, salviat. vel enulat. aut similis cerevisia conceditur: vitetur crapula, satietas, cæna sit parca, somnus vitetur meridianus, ut & ira, terror, venus: exercitia conveniunt moderata, vel horum loco friction. alvus sit laxa: quandoque loci mutatio necessaria ex *Hip. 2. aph. 25.*

Vertigo.

NOm. Vertigo Græc. *Dinos*, Schwindl.

Definit. Est apparens objectorum, vel etiam proprij capitis in gyrum mobilitas, ob depravatam actionem facultatis Imaginatricis ex inordinato, & confuso motu spirituum an. in oculis & cerebro exorta.

Gen. Est symptoma visionis, sensûs communis, & immaginatricis depravatæ.

Subject. Est cerebrum spiritibus anim. ac meatibus, tubulis & poris pro eorum motu præditum, uti etiam oculus cum nervo, & spiritibus opticis.

Differ. Alia in qua objecta tantùm: *alia* in qua etiam ipsum caput & corpus circumagi videtur: alia est *simplex*, de qua modò dictum: alia *tenebricosa* s. *scotomia*, dum oculi offusâ veluti caligine obscurantur, aut varii colores oculis obversân-

tur: alia *caduca* dum æger ad casum vergit, nisi proximis se fulciat adminiculis, vertigo hæc, uti etiam tenebricosa, epilepsiam, lipothymiam, affectúsque hystericos præcedere solet. Alia per *Essentiam*, alia per *Consensum*, quæ frequentissima, & quidem potissimum per sympathiam ventriculi, intest. hypochond. uteri, vel totius in febribus, alia est filia *calidæ*, alia *frigidæ materiæ*.

Causa immediat. Est inordinatus, undosus, circularis & verticosus spirituum anim. motus, primario in cerebro: hinc quandoque etiam in auribus, unde *tinnitus:* sæpiùs in toto spirituum emporio, ac systemate nervoso.

Mediatæ, vel spiritus s. vapor flatulentus elevatus s. ex M. S. halituosa, & fervidiori ejúsque ebullitione, & orgasmo, ùt in febribus vel suppressis sanguin. evacuation. s. ex effervescentia seri, aut bilis, qui spiritibus animal. permistus motum eorum turbat, vel angustia, obstructio, aut compressio pororum & meatuum cerebri à sanguine, pituita, casu, contusione, excrementis in cerebro genitis, vel aliunde allatis ac impedientibus, ut spiritus anim. non possint secundùm lineam rectam cerebrum, ejusque poros permeare, sed in se invicem resiliant, circumgyrentur, ac menti Idæam motûs ovalis s. circularis repræsentent, vel vapores ab infra ascendentes, vel potiùs quasi inchoati motus spasmodici partium inferiorum, ac spirituum turbationes, reliquis spiritibus in cerebro hospitantibus communicati.

Dispositiv. Ad vertiginem dispositi magis sunt pichro-

pichrocoli, jejuni, hypochondriaci, hyſtericæ, & præcipuè ſenes.

Externæ ſunt aër auſtrinus, nam 3. *aph.* 5. *auſter auditum hebetat, caliginem viſui obducit, caput gravat &c.* id. repetit 3. *aph* 17. tempus hyemale 3. *aph.* 23. ætas ſenilis 3. *aph.* 31. mora ſub ſole, exercitium immodicum, baln. ita, venus nimia, inedia, purgatio, ebrietas, potus fumi tabac. proſpectus ex alto, aſpectus rerum circulariter motarum, navigatio, vectio, lucubrationes, &c.

Signa per ſe clara ſunt. In eſſentiali malum eſt frequens, leviſſima ex cauſa ortum, nec tam facilè diſcutitur, nulla adſunt ſigna alterius partis affectæ, præceſſit dolor & capitis gravitas, aurium tinnitus, ſenſuum quædam læſio. In ſympathica contrarium accidit.

Prognoſtic. Vertigo diuturnior, & gravior præſertim caduca citra manifeſtam cauſam in junioribus Epilepſiam: in ſenibus Apoplexiam ſæpiſſimè prænunciat, vertigo crebra juniores infeſtans debilem deſignat complexionem, taléſque affecti rarò ad provectam perveniunt ſenectam.

Indicat. ſunt, ut ſpirituum an. motus ſedetur, in ordinem redigatur, cauſa ejus tollatur, tum revellendo, tum evacuando, tum diſcutiendo, ac partes affectæ roborentur.

Curatio in Paroxyſ. fit odoramentis, ùt in Epilepſia, frictio. clyſter. acribus, vel vomitorio, radice in primis viis ſtabulante. V. S. Quoque, ſi Paroyſmus vehemens & diuturnus; hinc exhibenda ſpecifica.

Curatio extra Paroxyſ. fit I. Venam ſecando,

ubi ſanguis abundat, aut facilè ebullit & turgeſcit, malúmque plùs minùs ab eo fovetur: & quidem in brachio vel manu, quandoque pedis, ſi per conſenſum ſit. Apertio hæmorrhoid. prodeſt in hypochondriacis, poſt has alij venam frontis, vel commodiùs ſublinguales aperiunt. *Gal.* Arteriothomiam commendat. Vicem V. S. ſupplent *cucurb. ſcarif. hirudin.* poſt aures.

II. Purgandum *pilul. cephalic.* v. g. ℞. *maſſ. pilul. de ſuccin. Crat. gr. xxiv. reſin. Gial. gr. vj. tart. vitriol. gr. vij. cum ſ. q. Balſ. peruv. M. f. pil. N. ix. deaur. ſumantur hora ſomni vel ſummo mane. plur. vid. de Dol capit. Apopl. Epil. &c.* In malo per conſenſum ventriculi emetica laudat *Hip. 4. aph. 17. non febricitanti cibi faſtidium, cordis dolores, vertigo tenebricoſa, oris amaritudo purgationem per ſuperiora neceſſariam eſſe demonſtrat.* in malo inveterato pilul. uſuales omnibus inſtantibus novi- & pleniluniis capiendæ.

III. Inſtituendæ evacuation. particulares abſtinendo à ſternutatoriis, oculis nocivis, & nervoſum genus validè concutientibus, proſunt etiam fonticuli in brachio vel cruribus excitati, ſetac. veſicat.

IV. In malo ex hypochondriis orto conveniunt *chalyb.* ùt v.g. *limat. ſubtiliſſ. pulv. gran. vij. cum extr. abſint. in pilul. redact.* quæ per 30. dies exhibitæ univerſale cruditatum ſunt antithodum. *acid. ſer. lact.*

V. Locum habent *antidinica* ſ. ſpecifica roborantia, è quibus eminent *ægagropil. doronic. auric. urſ. cubeb. ſach. obduct. & jejunè maſticat.* vel *vino infuſ. & ebibit. ſem. carv. vin. macerat. ſiccat, & ſub hora decubitûs ſumptum.* manè etiam maſti-

maſticari poſſunt *ſem. fænic. carv. gr. junip.* it. proſunt *Pæon. chærefol. ſuccin. cinnab. tinct. lun. eſſent. fl. anth. cicon ol. bux. conſ. fl. calend. extr. ſcorzon. ſem. aquileg. ſinap. pulv. ſciur. ſterc. pavon. camphor. opium* abſorbentibus & aromaticis mixtum. Ex compoſitis *pulver. mirab. Minſ. ſpecif. quercet. vel* ℞. *gr. Pæon. dr. 1. s. ſuccin. alb. præp. dr. 1. ſem coriand. anis. fænic. cardam. an. ſcr. 1. s. carv. ſcr. 1. Z. Z. mac. charyoph. ſem. eruc. an. ſcr. s. cubeb. dr. s cinam. gr. xv. nuc. moſch. ſcr. iv. ſacch. fin. ad pond. omnium M. f. pulv. vel* ℞. *cubeb. cardam. ſem. carv, galang. an. unc. s. ſacch. unc. ij. M.* Rotul. v. g. ℞. *Ol. deſt. carv. ſcr. s. ol. nuciſt. deſtill. gut. vij. conf. alk. compl. rad. doron. pulv. an. dr. s. extr. lig. alo. ſcr. s. cum ſ. q. ſacch. in aq. beton. & ſalv. diſſol. M. f. rot. add. ſub finem moſch. odor. ſcr. s. ambr. gr. ij.* ſumantur m. & v. 3. per vices ℞. *cort. cit. inciſ. dr. iij. nuc. moſch. incis. dr. 1. rad. doron. dr. ij. s. marg. præp. dr. 1. ſuccin. præp. corall. rub. præp. ſpec. cord. temper. an. ſcr. iv. amb. gris. gr. xv. moſch. gr. vij. ſacch. fin. in aq. cinam. diſſol. unc. x. M. f. tabell. ſeu morſell.* ℞. *ſpec. pro morſell. Imperat. dr. iij. nuc. moſch. incis. dr. ij. confect. alk. compl. ſcr. iv. cort. rec. cit. incis. unc. s. ſuccin. præp. dr. ij. ſacch. in aq. cinam. ſol. unc. v. f. confect. in morſell.* Elect. v. g. ℞. *conſ. fl. anth. unc. 1. ſalu. majoran. an. unc. s. Z. Z. in Ind. con-*

dit. unc s. ſem. ſinap. eruc. an. dr. iij, cardam. cubeb. galang. an ſcr. i. ſal. vol. ſuccin. dr. s. ſpirit. ceras. nig. dr. i. cum. ſyr. ſt tun. ſ. q. M. f. Elect. de quo omni manè, & ſub introitum lecti capiatur pro lubitu. Extrinſecùs conveniunt inunct. ex *Balſ. ſuccin. apopl. cinam. charyoph.* v. g. ℞. *Balſ. charyoph. mac. an. ſcr. i. roſ. cinam. an. ſcr. s. ol. ſuccin. aniſ. an. gut. v. moſch. gr iij. Zibeth gr. iv. M. bombyx pulv.* vertici inſperſus. *ping. dam. ſerpent. cicon* temporibus illita. cucuph. v. g. ℞. *fol. rorism. major. an. m. s. fol. lavend. ros, Pæon. ſumit. ſerpill. an. p. ij. rad. Ir. flor. unc. s. ſtorac. calam. benz. an. dr iij. ſuccin. ſpec. diamb. an. dr. i. M. f. pulv. craſſiuſculus pro cucuph. irrorond. aliquot gutt. ol. deſt. ſuccin. & Charyoph.*

Dieta, vitetur aër craſſus, humidus, nebuloſus, venti, radij ſolar. alimenta vaporoſ. acria, viſcida, cruda, coctu difficilia, legum. lacticin. dulcia, ſatietas & ciborum varietas, jejunium in pichrocolis, qui manè ſumant *mic. pan. ſucc. gran.* vel *cydon.* aut *vin. malvat.* vel *hiſpan.* ebriam. abſtinendum à vino vaporoſo, cereviſ. multùm lupulata. à cibo ſumendum *diacyd.* vel *tragæ.* v. g. ℞. *ſt. euphraſ. dr. iij. mac. dr. i. ſem. coriand. præp. dr. ij. corall. rub. præp. dr. i. ſuccin. alb. præp. gr. xv. ſacch. ros. tab. unc. iv. ol. deſt. caru. fœnic. nuc. moſch. ana. gutt. vij. M. f. trag. inſperg. Pani biscoct. & vin. generos. imbuto. vel* ℞. *Confect. ſem. coriand.*

and. anis fœnic. carv. cubeb. an. unc. s. cinam. dr. ij. spec. diamb. mac. ana. dr. s. sacch. fin. vel ros. tab. unc. ij. iij. M. f. trag. Motus sit moderatus ventriculo vacuo, optimæ frictiones. à cibo non statim dormiendum, exulent cypris intempestiva, ira, tristitia, aspectus ex alto, & rerum circulariter motarum, alvus sit aperta.

Incubus.

NOm. *incubus, ephialtes, aggressio & invasio nocturna, nocturna suffocatio, strangulator, epilepsia vel asthma nocturnum*, das Trucken einer Druth Hex/Gespenst oder Nacht-Mandl.

Definit. Est apparens compressio thoracis, & sufflaminata inspiratio, dormientibus inprimis & dorso incumbentibus superveniens cum corporis immobilitate, vocis interceptione, insomnio ponderis præcordia prementis, ac suffocationem minitantis.

Gen. Est symptoma plurium actionum anim. læsarum.

Subject. Est cerebrum præcipuè quoad nervos phrenicos & recurrentes, præcipuè etiam thorax quoad ejus musculos & nervos.

Differ. Alius *levis accidentalis* ab errore externo plerumque oriundus ùt crapul. ingluvie: alius *habitualis* & gravior: alius per *essentiam*: alius per *consensum*.

Caus. interna est vel liber diaphragmatis motus impeditus, præsertim à stomacho vel nimiûm

repleto & distento à copiosioribus alimentis, vel infarcto à materia viscida, pituitosa, mucilaginosa, quæ ab acido fermentante in flatus & vapores crassos abit, vel in gravior acidum quoddam peccans, quod mediante lymphâ ad cerebellum delatum, nunc irritando nervos respirationi inservientes affectum spasmodicum: nunc spirituum an. motum non nihil sufflaminando leviorem affectum paralyticum inducit, hinc incubum, nunc convulsiones & epilepsiæ, nunc paralyses, vel apoplexiæ sequuntur.

Caus. dispositiv. Sunt subjecta crapulæ dedita, pueri etiam ob adiphagiam, obesi, crassis cibis utentes, constitutionis melancholicæ, ratione acidi.

Externæ repletio, crapula, somnus statim à repletione, alimenta viscida, flatulenta, decubitus supinus.

Signa diagnost. In definit. expressa.

Prognost. Accidentalis levis est: habitualis nunc epilepsiam, nunc apoplex, nunc melancholiam portendit. Pejor est, si conjungatur vertigo diurna, vel accidat partim dormienti, partim vigilanti, vel cùm sequatur sudor frigidus, tremor cordis, spasmus, vel syncopes.

Indicat. Sunt, vapores discutere, causam eorum tollere & partes roborare.

Curatio fit I. Excitando ægrum in paroxysmo compellatione, corporis vellicat. fricț. &c.

II. Extra eum plethorâ præsente venam secando, *cucurb. scarif.* applicando, *hæmorrhoides* aperiendo.

III. Eva-

III. Evacuando per epicraſim. vel *pilul. cephal.* v. g. ℞ *Extr. Elleb nig. mercur. dulc. an. gr. xv. ſcam. ſulph. gr. iij extr. troch. alch. gr. i. cum ſ. q. ol. deſt. ſuccin. M. f. pil. N. xiij. de aur. vel* ℞. *extr. Cathol. l. Panchym. Croll. ſcr. i. extr. coch. ſcr. ſ. pulv. ſyr. gr. v ol. deſt. fœnic. gut. iij. ſyr. deſtæch. q. ſ. M. f. pil.* vel *vomitoria.*

IV. *Martialia* quandoq; proſunt, *acidul. therm.*

V. Roborantia *antephialtica*, ùt v. g. *theriac. cum aq. pæon.* ante cubitum ſumpta. *eleoſach. roriſm. ſuccin. ſalv. lavend. cinam. pulv. rad. pæon.* vel *ſem. pæon. in emulſ. ſem. aniſ.* aut *ol. ejus deſtill. conſerv. fl. tunic. cum confect. alk. eſſent. roriſm. amb. magiſt. corall. perl. elect. plereſarcont. cum confru. alk. & ſpec. diamb. aq. epil. lang. cinam. cum modico ambr. elix. vit. Matthiol.* ex compoſitis ſunt pulv. v. g. ℞. *pulv. ſtom. Birk. dr. iij. fœcul. Pæon. dr. ſ. Smarag. præp. ſcr. i. M. f. pulv.* ſumendus tempore ſomni rotul. v. g. ℞. *amb. griſ ſcr. ſ. ol. cinam. aniſ. nuc. moſch. an. gut. ij. Caryoph. gut. i. ſacch. in aq. fl. arant. ſol. unc. v. M. f.* rot. tabell. ℞. *ſpec. diarrhod. abb. aromat. roſ. diamb. an. dr. i. mag. Corrall. ſuccin. cran. bum. an. ſcr. i. ſacch. in aq. Epil. lang. ſol. ſ. q. M. tabell* maxime prodeſt *theriac. Smaragdin.* Inter externa ſunt *rad Pæon.* è collo ſuſpenſa, Corall rub. Chryſolit. Malachit. cucuph. *è pelle lupi*, vel alia cephalica vid. *Vertig. Apopl. &c.*

Diæta aër non ſit nebuloſus, humidus, ventis turbatus, vitentur radij lunar. diæta ſit attenuans, tenuis, flatuum expers, vita ſobria, cæna frugalis, vino parciori & tenuiori utendum, à cæna

ad ſomnum 3. horæ interponantur, vitetur decubitus ſupinus, excercitia & frictiones ſint moderatæ, poſt cibum ſumatur *diacyd. l. pulv.* pepticus ſeq. ℞. *Sem. coriand. præp. dr. vj. Pæon. dr. 1. s. cinam. mac. Caryoph. an. ſc. 1. Corall. rub. præp. d. 1. ol. deſt. carv. gut. xj. nuc. moſch. gut. vij. rotul. man. Chriſt. perl. unc. ij. s. M. f.* pulv.

Tremor.

NOm. Tremor græc. *tromos* daß Zittern.

Definit. Eſt motus voluntarius depravatus membrorum huic motui inſervientium, ut perpetua viciſſitudine fibrentur & modò elevando & ſubſultando, modò deprimendo & declinando vitiosè moveantur.

Genus eſt ſymptoma motûs anim. depravati.

Subject. Sunt fibræ muſculorum nerveæ atque ipſi nervi cum ſpiritibus anim.

Differ. Alius *univerſalis*, alius *particularis*, alius *magnus inveteratus & habitualis*, alius *ſimplex*, alius *compoſitus ſ. mixtus*, dum motus convulſivi cum eodem miſti membrum agitant, ùt in febribus malign. in declinatione paroxyſmi epileptici &c. alius *ſpurius palpitatio ſ. jactigatio* dictus, dum membra, quæ dilatari & conſtringi poſſunt, ùt caro muſculorum, cutis, inteſtina, ventriculus &c. manifeſtam motionem exhibent, attollendo ſe & palpitando. Differt autem à verò tremore, quòd illa non ſit voluntaria, nec in toto membro fiat.

Cauſ. interna immediat. Eſt depravata muſculorum

orum actio, dum ſpiritus non tantùm in muſcu-
um motui intento primario deſtinatum, ſed ſi-
mul deviatione quâdam in vicinos feruntur, ità
ut actio debiti muſculi motum cauſetur voluntа-
ium: poſterior pr. naturalem.

Mediatæ. Sunt vel ipſi ſpiritus an. ſ. deficien-
es, ùt in ſenibus, nimiis evacuationibus, venere,
loloribus, morbis vehementibus & diuturnis, vi-
giliis, inedia, animi deliquio &c. ſ. vagabundè
& confusè moti, ùt in ira, terrore &c. ſ. narcoſi
affecti, vel ipſa pars læſa ſ. irritetur à materia acri
maligna ut in tremoribus convulſivis ſ. pori aut
meatus in nervis vitiatè anguſtentur, aut fibræ
non rite ſituentur, ut legitimus motus ſpirituum
an. nonnihil pervertatur.

Externæ ſunt venena, mercurialia, narcotica,
refrigeratio partis nimia, ſuppreſſio menſium, lo-
chiorum, ſecundinarum aut fætûs mortui.

Signa Diagnoſt. Ex definit. patent.

Prognoſt. Tremor ſuperveniens paralyſi bonus.
à cauſis internis ortus facilè degenerat in paraly-
ſim, apoplexiam vel convulſionem. Tremor ſe-
nilis, hæreditarius, & ex vitio diætæ ſucceſſivè
genitus vix curabilis, ſuperveniens mulieribus
poſt partum ex retentis quibuſcunque in utero
periculoſus & convulſionum prodromus. Funeſti
ex hip. in coac. ſupervenientes morbo jam fractis
atque extenuatis. funeſti etiam in morbis acut. &
malign. motus tremuli mannum & linguæ. Peri-
culoſi tremores citra cauſam externam apparen-
tes.

Irdicat. & curatio ut in paralyſi. ex appropria-

tis

tis est *salv.* ùt *Ess. salv. castor.* item *Meliss. Pæon. bacc. & rob. junip.* vel decoct. *lign. junip.* permodum diætæ sudoriferæ usurpando simul laconic. *ol. bux. cinnab.* Inter externa laudantur *cucurb. ficc.* dorso applicat. frictio & foment. cum *urin. lixiv.* decoct. *frax. ol. junip. aq. arthrit. spir. lumb. form. Ess. castor.* v. g. ℞. *aq. arthrit. unc. iv. spir. lumb. unc. i. s. Essent. castor. dr. iij. M* si vitium à mercur. laudatur *decoct. ennul. aurum foliat. antim. diaph. cinnab. &c.* In *Diæta* laudatur esus *columb. sylv. cereb. lepor.* assat. pro potu dilut. aut cervis. vel hydromel condit. *salv. beton. rorem.* vitandum meracum, nimia venus, lotio in aqua frigida, &c.

Paraphrenitis, & Phrenitis.

NOm. Phrenitis, *Erysipelas s. Apostema cerebri*, das Hirn-Wütten / die Haubt-Sucht. Paraphrenitis, *Paraphrenesis desipienta s. delirium simplex*, das Tollesiren/ oder Abreden.

Definit. Est inflammatio memningum cerebri, subinde & ipsius cerebri, facta ab influxu, stagnatione & effusione sanguinis fervidioris, & acrioris cum febre continua acuta, delirio continuo & vigiliis pertinacissimis.

Gen. Est morbus intemperici calidæ cum aucta magnitudine, & depravatione phantasiæ, & ratiocinationis.

Subject. Membranæ cerebri, subinde etiam ipsum cerebrum, cujus inflammationem frequenter sequitur sphacelus s. substantiæ ejus suppura-

tio

o & corruptio, de qua *Hip. 7. aph. 50.* ait: *qui-*
us cerebrum ſideratum eſt intra 3. dies intereunt,
verò hos effugerint, ſani fiunt.

Different. phrenitis alia *vera*, alia *ſpuria ſ. pa-*
raphrenitis & per conſenſum accidens præcipuè
n ſtatu & augmento febrium ardent. malignar.
nflammationum viſcerum & præcipuè diaphrag-
natis: ſubinde etiam in paroxyſmo febrium in-
ermittent. Subinde in lumbricis, colicis atro-
ioribus, paſſione hyſterica, quam poſt ventris in-
umeſcentiam & cordis oppreſſionem ſæpè ſucce-
it fabulatio abſurda cum riſu vel fletu. Item in
alculis acutis, Gangræna partium vulneratarum
el ulceratarum. Phrenitis vera alia eſt *primaria*,
uæ per ſe incipit, alia *ſecundaria*, quæ alijs mor-
is ſuccedit, alia in *habitudine & diſpoſitione*, alia
n *habitu*, quæ etiam *hectica* dicitur, ac ſubſtan-
iam cerebri quoque occupat. delirium tandem
liud *ſerium & impetuoſum*, aliud *ridiculum*.

Cauſ. interna. Eſt ſanguinis ſtagnatio, purre-
actio & effuſio, ſtagnat vel ob ejus craſſitiem,
riſciditatem & coagulationem, vel frequentiùs
b partem recipientem ab acri-vitioſo fermento
rritatam, ita ut ad partem dolentem ſpiritus con-
itatius influant, hinc fibræ ſtringantur, pori
laudantur, meatus anguſtentur, & ſanguinis vi-
ietur circulus. Paraphrenitis, oritur, dum ſpi-
itus anim. à vaporibus calidis ſ. malignis aut
articulis ſylveſtribus vel malignis, aut nimis ir-
itantur, aut turbantur & in confuſionem agun-
ur, ut quaſi æſtro perciti huc atque illuc intra
erebrum tumultuosè ferantur. Quandoque ori-

tur

tur ex defectu ſpirituum ùt in agonizantibus, nimiis ſanguinis profluviis, vigiliis &c. de quibus *Hipp. 7. aph. 9. & 18.* ait: *à ſanguinis profluvio deſipientia aut convulſio malum. Ob vigiliam convulſio aut deſipientia malum.*

Cauſ. externæ phreniditis ſunt aër æſtivus, radij ſolar. Ætas juvenilis, uſus vini meraci, ira, ſuppreſſio menſ. lochior. Hæmorrhodid. Vulnus percuſſio, contuſio prægreſſum Eryſipelas externum vel angina, pleuritis &c.

Signa diagnoſt. In definit. expreſſa. adeſt nempe febris acuta, delirium perpetuum, vigiliæ, dolores intenſi capitis & cervicis, qui mox evaneſcunt, ægri floccos & feſtucas legunt, adeſt dentium ſtridor, oculorum rigor, rubor, torvus aſpectus, ſtillæ ſanguinis ex naribus, urina ſuppreſſa vel alba, oblivio, dejectiones albæ. In habituali & hectica adeſt ſenſuum omnium omiſſio, nulla reſponſio, impotentia motus, manus tremulæ. Aliquid quæritare vel arripere valentes dormientibus ſimiles ſunt ægri. Ab inflammatione diaphragmatis dignoſcitur, quòd in hac reſpiratio parva, frequens cum tuſſi, dolore lateris, voce acuta, & hypochondrijs ſurſum revulſis: Signa imminentis phrenitidis & dilirij ſunt vigiliæ vel ſomni breves, turbulenti, ſermo immodicus, urina tenuis, calor in fronte, oculi immutati ac ſolito mobiliores, ſplendidiores, ſubinde aſpectus fixus & torvus, inſomnia terrifica, oblivio, mutatio morum, urinæ albæ & tenues &c.

Prognoſt. Phrenitis ùt plurimùm lethalis eſt 3. die jugulans. In ea dejectiones alvi albican-

:s & urinæ crudæ, albæ, pallidæ peſſima ex *Hip. 4. aph. 72.* Deſipientia obſcura periculoſior imultuosâ: his autem magis tuta ridicula. Leiale ſi phrenitis mutetur in lethargum, ſi ſupereniant convulſiones, ſingultus, ſtridor dentium, phonia, inſcia fæcum aut urinæ dejectio, ſi ægri occos & ſarcinas colligant, aut feſtucas carant. Quoad delirium nullum quidem tutum t, ſed non omne æquè periculoſum. Tutius eſt uod contingit die critico cum bonis ſignis, quod ite, leve, non continuum, cum riſu per totum iorbi decurſum apparente, nam ex *Hip. 6. aph. 3. delirium quod cum riſu fit tutius; quod verò udio adhibito periculoſius.* In quo ſimul ad eſt ulsûs robur, reſpiratio inculpata & appetitus ſalus, quod per ſomnum ſedatur. nam. ex *Hip. 2. ph. 2. ubi ſomnus delirium ſedaverit, bonum.* Peculoſius eſt quod continuò durat, quod junctum um difficultate reſpirationis, cum luctuoſis ſuſpijs ex *Hip. 4. aph. 64.* Quod oritur à profluvio nguinis, ileo, pleuritide, peripneumonia, quod rox, quod ſtatim apparet circa initium morbi, uod verſatus circa res neceſſarias ùt cibum poim &c. quod fit cum planctu & lacrymis cum emoriæ abolitione, quod ſuccedit viribus deilitatis, quod junctum cum ſtridore dentium, ui ſupervenit ſilentium, tremor vel convulſio. ui delirantes ex lecto ſurgunt irâ & furore perti, mult ſanantur, qui ob timorem nullus obrvante *Cardano* delirium ſubinde poſt febres iperſtes obſervatur quod vel ſenſim ſanatur, vel anſit in alios morbos lethargum nempe, mani-

am,

am, Melancholiam vel morosim. Solvitur delirium hæmmorrhagia vel fluxu alui morbo ad coctionem tendente. Lingua nigra in acutis fere semper post se trahit delirium.

Judicat. Sunt sanguinem efferveſcentem febrilem compeſcere, influentem revellere, derivare, repellere, intercipere, ſtagnantem reſolvere, ſpirituum turbatum impetum ſiſtere, intemperiem alterare, partéſque affectas roborare.

Curatio fit I. Præmiſſo clyſter. emolli, & refrigerante ex decoct. *herb. emoll. hord. prun. cum caſſ. diaprun.* vel *lenitiv unc. 1. s. & ſach. rub. unc. 1.* per V. S. repetitam faciendo foramen anguſtum ac vulnus bene muniendo. Conveniunt etiam fric. cucurb. ſarif. veſic. ad ſcapul. & brachia.

II. Pro derivatione convenit apertio venæ frontis, natium, ſub lingua, hirudin. poſt aures, cucurb. ſcarif. ad occiput. alij in idió pathica etiã cucurbit. magnam ſuperiori parti capitis applicant.

III. Intrinſecùs conveniunt alteranria, præcipitantia, acida antiphrenica ùt emulſ. *ſem. mel. amygd. d. papav. alb. cum aq. nymph. portul. lact. Regis ferdin. ex nitr.* diſſolvendo *lap. prunell.* v.g. ℞. *Sem. 4. frig. m. an. dr. iij. papav. alb. dr. ij. amygd. d. ex cort. & in aq. frig. infuſ. unc. ij. aq. nymph. portul. lact. an. unc. iv. l. decoct. hord. lib. 1. lap. prun. dr. s. M. edulcor. q. ſ.* Julep. v. g. ℞. *aq. ceras. nig. unc. vj. Borrag. unc. iij. ſyrup. gran. acid. fl. Junic. an. unc. 1. s. ppapav. Errat. unc. ij. ſp. Vitr. vel Sulph. q. s. M.* utilis etiam *aq. Reg. Ferdinandi*

linandi ex nitro. ſpecifica ex *nitro, camph. ſach.*
atur. liquore ſ. ol. perlar. tinct. corall. lun. Smaragd.
&c. extra epithemata cordi & epati applicari poſ-
unt. Pedibus pediluvia ex decoct. *fol. vit. vio-*
ar. lact. ſalic. nymph. an. mij. cap. papav N. x. &c.

V. Topicis utendum repellentibus, & hinc di-
cutientibus: ex illis laudantur oxyrrhod. ex *ol.*
roſ. acet. roſ cum aq. vel *ſucc. plant. portul. ſolan.*
lactuc. cum album. ov Epithem. ex *ſucc. cancror.*
vel penotti. ℞. aq. roſ. cum ſant. rub. imprægn. unc.
ſx. camph. gr. xx. moſch. gr. x. M. madefiant lin-
ea duplicata, & tepidè applicentur. l. ℞. aq ſperm.
can. unc. viij. ſucc. canc. fluv, expr. unc. ij. opij acet.
correct. dr. ſ. camph. croc. an. ſcr. ſ. M. Laudatur
etiam *ſedum maj. contuſ. cum lact. muliebri.* mixt.
& applicatum. Idem præſtant *ramenta cucurb.*
Topica hæc ſint actu frigida, ſi adſit æſtas & æger
juvenis: ſecus tepida. His non diu utendum, nè
in lethargum tranſeat affectus, aſtinendo omnino,
ſi inflammatio extrorſum vergat. Ex diſcutien-
tibus præſtantiſſima ſunt animalia viva per medi-
um ſecta, & calidè capiti raſo applicata, ùt *gallin.*
nig. columb. anat. pulmon. animalium, &c.

V. Symptomatibus urgentibus, ùt urinæ ſup-
preſſioni, & vigiliis ſucurrendum per emulſ. pedi-
luv. ung. & tandem *laud. op.* ſed cautè, nè mate-
ria morbifica magis impingatur, vel lethargus ſu-
perveniat, Narcotica hæc in deliriis febrium in
principio, augmento, & ſtatu ad hoc ſymptoma le-
vandum nihil proſunt: immo ſæpè obſunt: benè
tamen in declinatione, præſertim ſi prius æger
purgari poteſt.

Diæta aër ſit frigidus, victus refrigerans & humectans ex crem. hord. gelatin. prun. juſcul. panatell. pro potu detur *ſer. lact. cum nitr. ſucc. lim. vel ſyr. acetos. cit.* vel decoct. *hord. tamarind. rad. acetos. paſſul. vel tinct. roſ.* aut ſeq. ℞. *aq. font. lib. ij fol acetos. papav. Errat. an m. s. ſl. Borrag. viol. nymph. an. pj. ſp. vitr. dr.* i. *ſant. rub. limat. ſcr. ij. ſtent. in infuſ. per aliquot hor. frigide Col.* Provocetur ſomnus, moneatur æger ad excernenda, violentias agens ligetur, nec ſibi ſolus relinquatur, ſervetur in tenebris, vel ſi has abhorret in luce.

Melancholia.

NOm. Melancholia, *Miſantropia*, Melankholey

Definit. Eſt delirium ſinè febre cum timore & mœſtitia, aut ſaltèm animi angore in una cogitatione pertinaciter de fixo, dependens à phantaſmate melancholico ſ. tenebricoſo.

Gen. Eſt ſymptoma depravatæ imaginationis præcipuè ſubinde, & ratiocinationis.

Subject. Eſt cerebrum una cum ſpiritibus anim. utì etiam cor ſympathicè ùt plurimùm.

Differ. Alia eſt *Cephalica* cauſa in capite exiſtente, dum cerebrum in modo ſubſtantiæ à naturali luciditate diſcedens ejuſdem conſtitutionis vitioſæ ſpiritus anim. generat: alia *hypochondriaca ſ. myrachialis*, alia per conſenſum cordis & totius, alia per conſenſum uteri, alia *vaga* in qua ægri circa unum tantùm objectum: alia *fixa* in qua

in

n pleríſque actionibus delirant, alia *errabunda* & *mbulatoria*, alia *attonita*.

Cauſ. immed. Eſt Phantaſma tenebricoſum ex-rtum vitio ſpirituum anim. qui cùm naturâ ſuâ eberent eſſe puri, lucidi, tenues, ſubtiles & or-inate mobiles, opaci, tenebricoſi, terreſtres, fu-ginoſi & fixi redduntur, qui rerum imagines ve-ut umbrâ aut tenebris obductas repræſentant ha-éntque indolem acetoſam inſtar ſpiritûs acid.

Cauſa mediat. Eſt craſis ſanguinis, viſcida, craſ-, fæculenta, acida, ſpiritus figens, denſans, tene-ricoſos, craſſiores, & in motu tardiores reddens. *emotiores* vitium fermenti ſtomachalis aut ſucci ancreatici aut lienis.

Externæ aër craſſus, turbidus, tempus vernale, ſtivum & autumnale, cibi craſſi, viſcidi, ſale & mo conditi, jejunia, vigiliæ, hæreditaria diſpoſi-o, immaginatio fortis, ſuppreſſio menſ. vel hæ-morrhoid. nimia animi contentio, metus, curæ, riſtitia, terror, amor inſanus, philtra, morbi præ-reſſi ùt febres acut. Diuturnæ, Phrenitis, Epile-ſia, &c.

Signa Diagnoſt. in definit. dicta, adeſt nempe elirium cum timore & mœſtitia ex *Hip.* enim *6. ph.* 33. *Si metus atque Triſtitia longo tempore erſeverent, Melancholicum ſignum eſt.* Idem *7. ph.* 42. ait: *Si derepentè lingua incontinens fiat, c pars aliqua corporis attonita ſtupeat ſignum eſt Melancholiæ.* Inſuper Melancholici ſunt cogita-abundi, taciturni, moroſi, ſolitarij, ſuſpicioſi, con-radicentes, ad iram proni, qui facilè terrentur, nguſtias patiuntur & in una cogitatione pertina-

ciſſimè hærent. Deliria eorum penè infinita pro varia humoris Melancholici qualitate, corruptione, corporis diſpoſitione, vitæque genere & conſuetudine.

Prognoſt. Melancholia animi corporisque tortor, flagellum & opprobrium eſt Medicorum, recens curatu facilior eſt ac ſubinde ſola victûs ratione, & familiari converſatione, nunc mutatione aëris, nunc balneo *aquæ dulcis* curatur, nunc per fluxum hæmorrhoid. vel ſcabiem ſolvitur. Aliàs malum chronicum eſt requirens in ægro obedientiam; in Medico diligentiam. Difficile curatu eſt malum hæreditarium vel inveteratum exortum ab animi parthemate externo præſertim terrore vel ſtudiis immodicis: it. quò magis accedit ad naturam atræ bilis. Diu perſeverans ſubinde tranſit in maniam ægris præſertim iræ, vel vino induigentibus: quandoque in moroſin. in fæminis Melancholia rarior, ſed pertinacior ſi menſes ſuppreſſi.

Indicat. Sunt Humorem melancholicum præparare, acidum ejus invertere, abſorbere, ſaturare, eum evacuare, à capite revellere, diſcraſiam ſanguinis & ſpirituum emendare, partésque affectas corroborare.

Curatio fit I. Evacuatione primarum viarum ſ. per clyſt. ex decoct. *emoll. cum el. lenit. de hier. ol. viol. chamom. &c.* ſ. lenitivum. v. g. ℞. *decoct Emoll. unc. x. Elect. hier pic. lenit. l. Cathol. an. dr. vj. ol. cham. viol. an. unc.* 1. *ſal. dr.* 1. *M.* Clyſteribus his ſemel in ſeptimana utendum, cùm nihil citra noxam primas vias meliùs everrat, à capite

ite commodiùs revellat, & Melancholicis ſit onvenientius. ℞. *fol. ſenn. ſ. dr. ij. ſ. agar. dr. i. ort. Elleb. uig. ſcr. ij. ſem. aniſ. z. z. an. ſcr. i. mac. nam. an. gr. vij. fl. Borrag. bugl. viol. an. pj. paſ. l. unc. ſ. coq. in ſ. q. aq. ad 3. part. conſumpt. in ol. diſſolv. mann. El. unc. ij. aq. cinam. dr. ij. M.*

II. Venam ſecando ex brachio ſiniſtro vel ſalatellam in manu: aut ſaphenam in fæminis præpuè aperiendo. Utilis etiam apertio hæmorrhoidum. Teſte enim *Hip. 6. aph. 11. Melancholicis & Nephriticis hæmorrhoides ſupervenientes bono ſunt.*

III. Accedendum ad materiæ præparationem, v.g. ℞ *Vitriol. mart. ſal. abſint. l. tamariſc. Crem. art. an. dr. i. M. f. pulv. divid. in ix. p. æq. quarum una ſumatur ex brod. alterat. fænic. chærefol. ceterach. ling. cerv. &c.* ℞ *rad. cichor. filic. an. unc. i. Pæon. unc. ſ. Elen. dr. ij. herb. fumar. ceterach. ſcolop. marrub alb. an. mj. fl. geniſt. bugl. an. pij. paſſul. min. unc. i. ſ. ſem. cartham. conſ. anis. fænic. an. dr. i. coq. in ſ. q. aq. l. ſer. tract. ad 3. Col. lib. i. ſ. add. ſyr. de pom. unc. ij. ſ. aperit. minderer. unc. i. ſ. ſpirit. aperit. penot. dr. ſs. M. doſ. unc. iv.* & materiæ evacuationem r *extr. melanag. elleb. nig. diacolocynth. pilul. rtar. de amon.* Infuſ. & nodul. laxat. ex *ſenn. hab. agar. fib. elleb. nig. ſal. tart. &c.* v.g. *Maſſ. lul. tart. quercet. ſcr. ſ. extr. Elleb. nig. ſcr. i. re. i. Gial. gr. iv. v. cum ſ. q. tinct. tart. M. f. pil.*

N. xj. de aur. ℞. *Mercur. dulc. extr. Elleb. nig. an. ſcr. i. reſin. Gial. gr. vj. ammon. ſolut. q. ſ. M. f. pilul.* convenit etiam pulv. ex *pulv diaſenn. & ſpec. diaturb. cum Rhab. an. dr. ſ* paratus item vinum antihypochondriacum *Zwinger.* vel nodul. laxat. ℞. *Rad. gram. filic. aſparag. an. unc. ſ. herb. cuſcut. eupator. fumar. agrimon. an. mj. fl. cich. geniſt. bellid. an. pij. fol. ſenn. ʒ unc. i. Rhab. unc. ſ. rad. polypod. Elleb. nig. an. dr. ij. Gial. eſul. præp an. dr. iij. Zeduar. galang. cort. arant. an. dr. ij. ſem. aniſ. dr. ſ. ſ. crem. tart. dr. iij. limat. mart. in pet. lig. unc. ſ. M. inciſ. & contuſ. ad nodul. pro menſ. i. vin. alb. & aq. font.* circa purgantia hic not. 1. à lenioribus ad fortiora progrediendum eſſe, ſi malum radicatum. 2. iis nec continuè, nec nimis frequenter utendum cùm cauſa potiùs hæreat in ſanguinis, & ſpirituum diſraſia. 3. fortioribus utendum quandoque, eo quod acidum melancholicum vim purgantium obtundat. Vomitoria ex *antimon.* ſubinde proficua præſertim in principio, tum quia etiam vi ſpecificâ in his affectibus medentur, tum quia lenia parum præſtant, tum quia humores craſſos diſſolvunt, fluxiles reddunt, & concuſſione mucum tenacius adhæreſcentem abradunt, & ejiciunt, tum quia humores tingendo & corrumpendo eos copiosè ſub colore viridi evacuant, ſícque ægris phantaſiam dimminuunt, dum materiam peccantem è corpore eliminatam credunt.

IV. Convenit baln. *aq. dul.* uſus *ſer. lact. cum*

ſucc.

ucc. *fumar. cichor.* item, *chalybs.* ceu proprium umoris melancholici Alexipharmacum ac Rizomomus. vid. *Affect. Hypoch.* *Acidulæ* etiam prount tincturam Salino-Sulfuream eluendo, mala ermenta deſtruendo, viſcerum ſordes abſtergendo, obſtructiones reſerando, viſceráque debilia, & ixa roborando.

V. Conveniunt, roborantia & *Antimelancholi.* a, inter quæ excellunt *confect. alk. de hyac. co.* all, *Smaragd. bez. croc. tinct. fl. borrag. bugl.* um *ſp. vit. eſſentiſ. eſſ. mart. cum ſucc. pom. elix.* rop. *eſſ. abſynth. tinct. hyper. anagall. fum. amb.* x compoſitis proſunt l. Elect. ℞. *confect. hyac.* nc. *i. alk. dr. i. lap. bez. ſcr. i. Smaragd. præp.* r. *ij. ung. alc. præp. dr. i magiſt. ſuccin. alb.* erl. *corrall. rub. an. ſcr. i. ſp. ros. rub. id. lil. con.* all. *an. gut. xiij. cum ſyr. fl. Pæon. ſ. q. M. f. Elect.* ujus doſ. dr. i. l. i. s. ex ſeq. mixt. ℞. *aq. ce.* bal. *temper. unc. iv. cord. frig. unc. ij. carbunc.* nc. *i. cinam. ſ. vin. deſt. unc. ij. ſp. lil. convall.* el. *roſ. rub. id. an. gut. xv. man. Chriſt. perl. dr.* . M. ℞. *conſ. rorism. meliſſ. borrag. an. unc. ij.* uc. *ind. condit. dr. vj. cort. cit. arant. condit. an.* nc. *ſ. conf. alk. dr. iij. fl. cit. condit. dr. v. ſp. roſ.* l. *convall. an. gut. xiij. cum ſyr. de cort. cit. ſ. q.* M. *f. Elect. vel* tabell. ex *confect. alk. ſpec. diamb.* iamoſch. *diamarg. cum ſacch. in ſucc. Pom. diſſol.* q. l. ℞. *pulv. margar. ebor. corrall. rub. præp.*

an. dr. ij. ſpec. lætif. diarrhod. abb. an. ar. 1. ol. citr. ſcr. ſ. ſacch. albiſſ. in aq. meliſſ. diſſol. unc. iv f. tabell. pond. dr. 1. Extrinſecùs cordi & pulſibus applicetur *alkerm.* vel *confect. de hyac. cum aq. theriac.* laudatur & *crocus* ſupra cor geſtatus.

Diæta aër ſit lucidus, temperatus, vitetur craſſus, nebuloſus, pluvioſus. Victus moderatè calidus & humidus ex *carn. vitul. agnin. vervec Gall. cap. perdic. piſces ſaxat. ov. ſorbil. paſſul. prun.* Potus ſit vinum alb. tenue, oligophor. *meliſſ.* foliis medicatum, aut cerviſ. temperata, vitetur craſſa, fæculenta, crapula. Ex cibis vitentur legumina, ſale & fumo condita, ſacharata, carnes anſerin. ſuill. lepor. cervin. &c. in ſomno, & motu ſervetur mediocritas: immo ſomnus vigilias ſuperet. vitentur curæ, mæror, triſtitia. Proſunt conventus confabuloſi, venatus, muſica, equitatio, Peregrinatio, &c. alvus ſit lubrica, ægri non relinquantur ſoli, ſed diligenter obſerventur & cuſtodiantur, nunc iis etiam aſſentiendo per ſtratagemata, nunc contrariando per perſuaſiones.

Mania.

NOm. Mania, *Inſania, Furor.* Raſerey / Tollheit / Unſinnigkeit.

Definit. Eſt delirium ſinè febre cum furore & audacia, dependens à ſpirituum anim. fervida & ignea diſpoſitione occultæ etiam qualitatis participe.

Gen. Eſt ſymptoma depravatæ immaginationis, & ratiocinationis.

Subject.

Subject. Eſt cerebrum una cum ſpiritibus anim. on excluſo etiam corde.

Differ. alia eſt *canina ſ. cynantropia* cum ira- undia & audacia, alia *lupina* & planè *ferina* ubi bvios veluti hoſtes invadunt: alia *jocoſa & mi- ior,* ubi ſubinde canunt, rident & ridicula profe- unt: alia per conſenſum uteri *furor uterinus* di- ta: alia *dæmoniaca,* in qua futura prædicunt, ex- emporaneos componunt verſus, & diverſarum nguarum prius incognitarum peritiam ſubitò ſtendunt, quæ ad Dæmonem aſſiſtentem rejicien- a, cum Melancholia ſit ejus domicilium, hoſpiti- m, ſedes, pabulum, & balneum, eique ob natu- am ejus terreſtrem, pertinacem, & colorem atrum aud diſſimilis ſit, alia *continua*, alia *periodica* præcipuè juxta lunæ mutationes.

Cauſ. immediat. Eſt ſpirituum anim. fervida & gnea ſ. potiùs acerrima ſalina, acido-volatilis ſpe- ifica diſpoſitio.

Mediata craſis ſanguinis atrabilaris ſpecifica, ſ. ermentum acerrimum acido-volatile ſpecificum piritus ita reddens elaſticos & impetuoſos, ut ponte ſuâ ſinè mentis directione quaquaverſum olitent, & jugum excutiant.

Diſpoſitiv. Hæreditaria diſpoſitio, tempera- entum atrabilare, viſcerum fervor, ætas juveni- s. it. diſpoſiti ſunt naturâ bilioſi, iracundi, ſu- erbi, venerei, crapuloſi, avari, multis negotiis mpliciti, intractabiles, irriſores.

Procatharticæ tempus vernum *3. aph. 20.* au- mnale *3. aph. 22.* dies caniculares, abuſus me- ci & ſpiritûs vini, ira, evacuationes ſolennes ſu-

preſſæ, ulcera inveterata clauſa, amor inſanus, philtra. Eſt autem philtrum ein Lieb-Tranck / clandeſtina mixtio rerum certarum ſuperſtiosè vel veneficè apparatarum, & vel in ferculis, vel poculis ingeſtarum, quibus amor conciliari deberet, ſæpiùs autem maniæ ridicula ſpecies, eáque diuturna & plerumque ad mortem uſque durans conciliari ſolet. Huc etiam ſpectant Venena quædam ùt *ſolan. furioſum, mandrag. hyoſciam. paſtinac. ſylv. &c.*

Signa Diagnoſt. in definit. expreſſa, delirant enim ægri ſinè febre cum ira, ferocia, rixis, clamoribus, horrendo aſpectu, vímque tum ſibí tum aliis inferunt, adſunt inſuper vigiliæ continuæ, ſtupendum corporis robur, tolerantia facilis jejunij, frigoris, verberum, &c.

Prognoſt. Mania eſt malum diuturnum non ſolùm per menſes, ſed etiam per annos ſubinde ad mortem uſque perſeverans, curatu etiam difficile præſertim malum hæreditarium. Ridicula & tractabilis melior eſt ſeriâ, & feroci. *Hip. 6. aph. 21.* ait: *Inſanis, ſi varices vel hæmorrhoides appareant inſaniæ ſit ſolutio.* item *6. aph. 56. Morbis melancholicis per hæc tempora ſuſpecti humorum decubitus, vel Apoplexiam corporis, vel Convulſionem, vel Maniam, vel Cæcitatem denuntiant.* item *7. aph. 5. à Mania difficultas inteſtinorum aut hydrops, aut exſtaſis bonum.* A Mania liberati ex obſervat. *Frambeſarij* in phtyſin ſæpiùs abeunt. Mania facillimè in ſtultitiam, vel Melancholiam ad tempus tranſit, donec novis fermentis in ſanguine cumulatis denuo redeat.

Indicat. Sunt cauſam morbificam præparare, evacuare, à corde & capite revellere, vitiaram craſin ſanguinis & ſpirituum corrigere, viſceráque affecta corroborare.

Curatio fit I. injecto clyſter. vel ſumpto laxativo venam ſæpiùs ſecando, ſanguinémque ſemper ad *unc. x. xv. lib.* 1. Evacuando: maniaci enim generoſa ferunt remedia, aperiri poteſt vena brachij ſiniſtri, ſalvarella, ſaphena præcipuè in fæminis, utilis etiam apertio hæmorrhoid. & in malo pertinaciori venæ frontis, jugularium. Venæ iſtæ per intervalla aperiendæ interjectis præparantibus, & purgantibus.

II. Materia morbifica præparanda *ſer. lact. cum ſyr. aperit. de fumar. borrag. bugl.* & evacuanda nunc lenioribus quâvis ſeptimanâ, nunc fortioribus ùt *elloborat. antimoniat.* per menſem ſaltèm ſemel exhibitis, convenientiora hæc tum quia iis poſſunt magis falli ùt v. g. *Mercur. vit. vel tart. emet. incluſo pan. alb. vel dat. cum lact. brod. &c. diacyd. lucid. laxat. extr. Elleb. nig. cum Mercur. dulc.*

III. Alterandum Julep. ex *Syr. gran. corall. papav. errat. ſucc. cit. cum aq. cord. frig. viol. borrag. nymph. lactuc.* Emulſ. *melon. tinct. roſ.* exhibito *ſal. nit. ex aq. anagall. vel ℞. arcan. dupl. Minſ. gr. xv. ſacch. ſat. ſcr. s. camph. gr. vij. M.* Extrinſecùs per baln. *aq. dul.*

IV. Cauteria plura inuſtra proſunt, ùt brach. pedibus, capiti circa ſuturam coronalem & ſagittalem, remedia extraordinaria ſunt arteriotomia, tre-

trepanatio, caſtratio, tranfuſio ſanguinis, ſubmerſio in aquis, &c.

V. Vigiliis urgentibus maximè ſuccurrendum per emulſ. pediluv. & opiat. ſpirituum ferocientem impetum ſopientia, ac orgaſmum materiæ ſiſtentia. ùt v. g. *laud. op. ad. gr. ij. iij. iv. exhibit. ex Eſſent. anagall. vel hyper. bis vel ter in ſeptimana.* teſte enim Hoëfer. Maniaci & Melancholici ſæpiùs curantur crebra. V. S. purgat. & narcoticis.

VI. Utendum roborantibus, & ſpecificis, ùt *confect. alk. cum aq. perl. tinct. corall. lun.* decoct. *anagall. fl. purpur eſſ. fl. hyper. tinct. lap. laz. bezoart. lunar. rad. nymph. lut. cereb. ariet.* vel *canis coctum, ſanguis aſini linteis exceptus fol. bux. meliſſ. herb. par. ſecund. primipar. ſucc. pull hirund.*

VII. Inter topica eſt epithem, v. g. ℞. *aqua nymph. lib.* I. *ſal. prun. unc.* I. *camph. ſcr.* I. *M. vel aq. roſ. cum ſacch. ſat.* Inunct ad tempora ex *balſ. ſatur. vel ung. alab. popul. cum op. croc.* v. g. ℞. *ung. d. alabaſt. unc. ſ. popul. dr. ij. op. gr. ix. croc. ſcr. ſ. ol. deſt. aneth. chamom. an. gut. ij. M.* ex fortioribus reſolventibus ſunt animalia recens mactata, fomentatio capitis cum decoct. *fumar. verb. anagall. ſtæch. cham. roſ. bacc. juniper. elleb. nig.* &c. ſic v.g. ſeq. fom. miræ dicitur eſſe efficaciæ ℞. *herb. Cephal. cum fl. ùt V. g. fol. beton. ſalv. verben. anagall. laur. chamom. ſtæch.* &c. *q. v. coq. in aq. l. q. dein* ℞. *bacc. laur. Elleb. nig. an. q. ſ. contuſ. indantur. ſaccul. longo interpaſſat. bull. in prædicto decoct. hinc per 9. dies caput ra-*

ſum

ſum per horam integram lavetur decoct. & lac-
tul. applic. ſuturæ Coronali.

Diæta aër inclinet ad frigidum & humidum. Cibi ſint juſcula alterata, carnes pull. gallin. vitul. elixæ magis quam aſſæ, *piſc. ſaxat. ov. ſorbil. pom. prun. crem. hord.* pro potu ſit *ſer. lact. cum nit.* vel decoct. *hord. rad. acetos. ſylv. ceras. ſicc. acid.* vet *aq. font.* aut decoct. *anagall. cum ſpir. vit. lap. prunell.* vel ℞. *nit. præp. unc. ij. ſacch. cand. unc. s. Camph. gr. xij. M. f. pulv. de quo dr. ij. M. cum lib. ij. aq. font.* Vinum omne exulet, ſomnus quovis modo conciliandus, motus ſit moderatus, alvus lubrica. Neceſſaria etiam ſunt ſeverior diſciplina, minæ, vincula, verbera, in cubiculo non ſint arma, caveant ſibi qui ægro ſunt aliàs odioſi & contemptui ab eo habentur.

Rabies, ſeu Hydrophobia.

NOm. Rabies, *Hydrophobia*, Waſſerſcheu/ von wütigen Hund-Biß.

Definit. Eſt affectus p. n. & ſæpè delirium à fermento quodam venenoſo in animali præſertim cane rabioſo genito & maſſæ ſanguin. hominis communicato cum liquidorum omnium, & aquæ potiſſimùm abominatione.

Differ. Alia *Rabies Canina*, alia *Felina.* Alia *Suilla*, alia *Lupina Lycantropia* dicta: non enim ſolus Canis, ſed etiam alia animalia in Rabiem aguntur, præſertim, ſi à Cane rabido mordeantur.

Cauſa eſt fermentum peculiare venenoſum ab animali rabido, & potiſſimùm Cane per morſum

ſ. vul-

ſ. vulnus mediante ſalivâ fermenteſcente, & idæas animalis furentis impreſſas habente communicatum, ut actiones ferè ſimiles, animalis furentis edat.

Signa Canis rabidi ſunt, dum aquam averſatur, ac incedit ore hiante, ſpumante, linguam nigram exſerente capite, & auribus demiſſis, caudâ laxatâ, aſpectu triſti, invadens ac mordens etiam notos ſinè latratu: præterea ſi nuces juglandes contritas ac vulneri per aliquot horas vel noctem impoſitas Gallina devoret, & exinde pereat, Canis rabidus fuit: alij triticum imponunt: alij cum ſanguine vulneris,& farina offam faciunt: alij medullam panis vulneri affricant, quam ſi Canis non comedit vel olfacit,vel ex comeſta moriatur, canē rabidum oſtendit. Signa incipientis rabiei ſunt anxietas præcordiorum, mæror, triſtitia, abſtinentia à potu, doloris ſenſus in parte olim vulnerata: in perfecta adeſt furor, ægri torvum vident, ore ſpumant, dentibus ſtridunt, oculis rubent ſæpiùs canum more latrant, obvios laceſſunt,aquam & omnia liquida maximè abhorrent.

Prognoſt. Rabies rarò curatur ſi jam adſit timor aquæ: quò plus cruoris è vulnere profluxit eò minùs de Rabie metuendum & econtra. Venenum hoc diu in corpore latere poteſt, séque nunc citiùs nunc tardiùs exſerit, pro varia partis demorſæ conditione, veneníque efficacia, nunc enim 4. 7. 20. ut plurimum autem 40. die invadit,nunc quandoque ultra menſes aliquot, vel annum & ultra extenditur.

Indicat.

Indicat. ſunt veneni malignitatem infringere
dque à corde, & cerebro propellere ac per vulnus
evocare, & vi magneticâ extrahere.

Curatio fit I. In partibus affectâ ſuperioribus
dminiſtrando ligaturas vel applicando defenſi-
um: parti affectæ autem *cucurb. ſcarif.* vel *hi-
udines*, alij etiam ad cauterium actuale, vel po-
entiale confugiunt. Vulnus ad 40. dies apertum
ervandum.

II. Vulnus linteis ſiccis calidis abſtergendum
el urinâ propria eluendum: attrahentia appli-
anda ùt *pull. columb.* vel *gallin.* per medium ſect.
heriac. cum ſucc. rut. vel *all. porr. cæp. ſub cine-
ib. coct. cum theriac.* addito quandoque *ferment.
& axung. ſuill.* item *Emplaſt. Magnet. A. S. cum
ocul. canc. mixt.* vel ℞. *cep. ſub. cin. coct. ferment.
Farin. ſinap. an. unc. 1. theriac. unc. ſ. ſcord. rut. ā. m.
. mell. q. ſ. M.* alij imponunt *epar.* animalis rabidi.

III. Alexipharm. & ſpecifica exhibenda eáque
ad quadrantem anni continuanda: inter hæc emi-
nent *theriac. midrit. elect. de ov Elect. diaſcord.
x acet. tinct. bezoart. antim. diaphoret. mixt. ſ.
ulv. canc. fluv. uſt. pulv. galen.* v. g. ℞. *ciner.
anc. fluv. dr. x. Gent. dr. v. thur. dr. 1. M. f. pulv.
lentur. dr. ij. ex aq. Card. ben Scorz. & tot. cit.*
tem *pulv. palmar. alyſſ. pimpinell, ocul. canc. &
par. animal. mordentis coct.* vel *exſiccat. & pul-
veriſat.*

IV. *Belgæ*, & alij hominem demorſum ac
ſune ligatum in flumen vel mare projiciunt, ut a-
quam haurire cogatur, sìcque idæa illa deleatur.
In *Diæta* commendatur eſus *canc. fluv. all. cæp.*

nuc.

nuc. jugl. caric. in potu vini vel aquæ infundatur *pimpell.* vitentur gravia animi pathemata, alvus sit aperta.

Vigiliæ immodicæ.

NOm. Vigiliæ, *pervigilium, agripnia,* das stätte wachen/ Schlaff-losigkeit.

Definit. Est nimia activitas & solutio sensûs communis & externorum dependens à continuo motu & influxu spirituum anim. in organa machinæ corporeæ sensibilium objectorum impressiones promptè sentientium.

Gen. Est symptoma sensûs communis in actione aucta.

Subject. Est cerebrum cum suis porositatibus & tubulis una cum spiritibus anim.

Causa intern. Petenda vel ex spiritibus, dum in cerebro incalescunt, agitantur, nimis mobiles ac elastici redduntur, turbantur aut irritantur s. ab intemperie cerebri calida s. humoribus aut vaporibus malign. acribus, bilios is, melancholicis. Vel ex ipso cerebro poris ejus aut nimiùm apertis & hiantibus ex ariditate, siccitate ùt in senibus, defectu nutrimenti s. alimentorum & vaporum cerebrum blandè irrorantium, spiritúsque an. Sopientium, aut fibris s. membranis irritatis ob nutrimentum acrius aut salsius vel serum tale vitio primæ digestionis genitum ac cerebro communicatum.

Externæ vel sunt objecta externa sensibilia fortiora organum afficientia & spiritus moventia ùt

lux

ux nimia, ſtrepitus, clamor, dolor quicunque
ſſis, diſpnæa &c. vel anima rationalis occupa-
in continua objecti alicujus conſideratione, ùt
curis, meditatione, violentis animi pathema-
ous ac impreſſionibus, ùt in melancholicis.

Signis diagnoſt. Opus non eſt.

Prognoſt. ex Hip. 2. aph. 3. ſomnus, & vigilia
traque ſi immoderata exiſtunt, malum. periculo-
e ſunt in febribus acut. deliria ac motus convul-
vos poſt ſe trahentes, ex *Hip. 7. aph. 18. à vigi.*
is delirium aut convulſio malum. Minùs pericu-
loſæ ſunt in affectibus chronicis & ſpeciatim me-
ncholis, licèt etiam in his diutiùs protractæ in
tuitatem aut maniam terminentur. Magis pe-
culoſæ ſunt in juvenibus & ſexu muliebri, ſeni-
us familiares ſunt. *3. aph. 31.* Curatu tamen dif-
ciles ob copiam humorum ſeroſorum, ſalſor. mu-
atic. diuturnas vigilias ſequuntur debilitas viri-
m, maraſmus, exſiccatio corporis, vel cachexia.
erituri difficulter ſpirant, delirant, vigilant.

Indicat. & Curatio dirigenda ad morbum,
uem comitantur.

Mitigatio urgentis ſymptomatis fit per ea, quæ
quosâ ſuâ humiditate cerebrum ſuaviter hume-
ant, & ſerum deficiens reſtituunt aut craſſitie ſpi-
tus gravant, aut fibrillоſam cerebri compagem
ixant, aut ſulfure blando reſolubili illud replent,
ut ſpirituum vias opplent, aut vi peculiari, ac vo-
atili ſulfureâ viſciditate ſpiritus figunt, glomerant,
opiunt ac quaſi torpidos reddunt. Ex his præ-
ant intrinſecus *aq. hypnot. lang. vel dorncreül.*
yr. de papav. ſ. ſeu de mecon. ad dr. vj. l. unc. 1.

vin. hypnot. minſ. emulſ. amygd. d. ſem. papav. melon. ſed in majori quantitate. v.g. ℞. *amygd. d. excort. unc. ij. s. decoct. hord. lib.* 1. *ſyr. de papav. dr. vj. ſacch. alb. unc.* 1. *M. f. Emrlſ.* ℞. *amygd. d. excort. unc.* 1. *ſem. mel. unc. s. papav. alb. dr. iij. aq. Borrag nymph. an. unc. iij. Violar. unc. ij. ſomnif. unc. s. M. f. Emulſ. add. man. Chriſt. perl. unc. s. l. dr. iij. ſpirit. roſ. gut. xij. M.* maxime autem convenit *laud. op.* ſi vigiliæ à dolore oriantur, ſecus ſi ſint ſigna inſtantis criſis, neque etiam in anguſtia pectoris, diſpnæa, hydrope, viribus exhauſtis, vigiliis ſenum diuturnis, ubi confortantia magis conducunt ùt *ſpec. diamb. pot. vin. dulc. malvat. aq. vit. eſſ. abſynth.* &c. neque etiam in Melancholicis multum prodeſſe à nonnullis obſervatur utpote eos magis languidos & imbecilles reddens adeo ut plus proſint emulſ. in majori quantitate propinatæ. Extrinſecùs conveniunt lotiones pedum, manuum, ac tempor. ex decoct. *fol. ſalic. lactuc. violar. vit. malv. fl. nymph. chamom. ſem. byoſc. cort. mandrag. cap. papav. alb.* v. g. ℞. *fol. violar. malv. vit. lactuc. ā. mj. ſalic. fl. nymph. chamom. viol. ā m. s. capit. papav. alb. N. viij. coq. pro pediluv. addi etiam poterunt cort. rad. mandrag. ſem. byoſciam. ad m. s. Sal. commun.* &c. Unction. ad tempora ex *ung. popul. alabaſt. ſomnifer. auguſt. ol. papav. nuc. moſch. byoſc. op. ſolut. croc.* &c. v. g. ℞. *ung. popul. unc.* 1. *alabaſt. ol. viol. papav. an. unc. s. op. in acet. ſol. gr. xv. ol. nuc. moſch. ſcr.* 1. *croc. gr. viij. cer. parum. M. f. ung. quo inung. tempora, nares & manuum pulſus.* ℞. *ung. alabaſt. unc. s. roſ. popul. an. dr. ij. philon. Rom. ſcr.* 1. *ol.*

papav.

papav. dr. ij. croc. or. gr. v. camph. in acet. fl. ſamb.
ſſol. gr. iij. Epithem. ex *Emulſ. nucl. perſic. ſem.*
papav. cum aq. nymph. vel lact. mulieb. vel ex aq.
ſ. cum op. & croc. v. g. ℞. *aq. roſ. unc. viij. op.*
r. 1. croc. ſcr. 1. quo uſus eſt Rueland. Sydenhamb
Vigiliis, ſi ultra febrem excurrant, ceſſantibus
iis ſymptomatibus plus profuiſſe obſervavit lint.
l. roſ. immerſum, & frigidè ſyncipiti, & tempo-
bus applicat, quàm narcotica. inunct. planta-
m pedum *ſeu. cerv. vel medull. crur. vitul. vel*
ng. lucij.

Diæta aër frigidus ſit & humidus, cibi coctu fa-
les magis elixi, *crem. hord. juſcul.* alterata *fol.*
ctuc. chærefol. vitentur acria, corruptibilia, fla-
lenta, ſatietas & inedia. Potus ſit decoct. *hord.*
glych. vel Emulſ. *amygd. d. ſem. mel.* vel ſi
orbus concedat *vin. dilut.* aut *cereviſ. defæcat.*
otus moderatus. Alvus lubrica, vitentur
nimi pathemata, objecta ſenſus excitantia ut
x, ſonus, ſtrepitus &c. procuretur quies ſpiri-
um an. per muſicam, lenem aquæ ſtrepitum, mo-
m in lecto penſili, lenem ſcalpturam capitis. &c.

Stupiditas, & Memoriæ Læſio.

NOm. *Gen. definit. Moroſis, Fatuitas, Demen-*
tia, Stultitia ſymptomata ſunt abolitæ: *Stu-*
ditas verò & *hebetudo mentis* diminutæ ratioci-
ationis, ſicuti etiam memoriæ læſio in ejus aboli-
one, vel dimminutione conſiſtit.

Subject. Eſt cerebrum ut pars ſimilaris & or-
anica.

Cauſ. internæ, vel eſt intemperies frigida: hinc oblivio filia frigiditatis dicitur: vel humida, cùm ſapientia non reſideat in paludibus, ſed anima ſicca ſit ſapientiſſima, vel utraque ſimul, vel intemperies nimis calida, & ſicca vel conformatio capitis & cerebri vitioſa, vel modus ſubſtantiæ ejus craſſior, impurior, vel ſpirituum ſimul paucitas, craſſities, obſcuritas motúsque tardior.

Externæ ſunt diſpoſitio hæreditaria, ætas ſenilis, infantilis, aër craſſus, impurus, frigidus, & humidus, ingluvies alimentorum excrementitiorum, craſſorum, ſtupefacientium, mala educatio crapula, venus nimia, lucubrationes intempeſtivæ, vigiliæ nimiæ, frequens V. S. vel hæmorrhagia nimia, ſomnus diurnus, frequens, longus, otium, venena, philtra, narcotica, prægreſſi morbi ût Apoplexia, Epilepſia, Melanchol. paralyſ. morbi malig. abſceſſus, vuln. contuſ. ict. capit.

Prognoſt. Moroſis nativa vel habitualis incurabilis. Oblivio eſt prima ſenectutis præda, mortísque Inſtantis prodromus. Memoria repente deficiens Apoplex. Epilepſ. vel Lethargum minatur. ex Philtris orta ſæpè in maniam degenerat. Incurabilis orta à morbis malig. aut venen.

Indicat. & Curat. Variant pro varietate cauſarum.

Memoriam confortant, & ingenium acuunt *Eſſ. amb. meliſſ. roriſmar. ſpec. anacard. extract. cum aq. magnanimit. elix. vit. matth. aq. ſophor. minſ. & dorncreül. tinct. lun. ſpir. cereb. hum. condit. myrob. ZZ. calam. arom. cubeb. vel nux. moſch.*

noſch. jejunè comeſtæ confect. anacard. gr. aliquot
thur. manè comeſta. decoct. ſaſaph. herb theè. Suc-
olat. Gargariſm. vin. & inunct. Zaccut. quibus
ngelicam promittit memoriam. Ex compoſitis
excellit pulv. Trithem. ad dr. 1. m. & v. 3. horis
nte cibum exhibit. vel ℞. thur. maſc. dr. x. pi-
per gr. v. M. f. pulv. cujus doſ. dr. 1. per 40. dies.
Elect. ℞. Conſ. fl. anth. beton. acor. condit. an. unc.
. confect. anacard. dr. 1. cubeb. cinam nuc. moſch.
n. dr. 1. ſyr. ſtœch. q. ſ. M. f. Elect. Tabell.
℞. ſpec. diamb. diamoſch. d. an. ſcr. ij. ſuccin. alb.
præp. ſcr. s. conf. alk. compl. dr. s. ol. carv. ſcr. s.
l. deſt. ſuccin. gut. v. ſacch. alb. in aq. lavend. ſol.
v. ſ. M. f. Tabell. rotulæ parantur vel ex Eſſent.
roriſm. cum ſacch. vel ℞. ſpec. diamb. dr. ij. con-
fect. alk. compl. ſcr. ij. amb. gris. gr. vj. ſacch. al-
biſſ. in aq. nuc. moſch. diſſol. unc. iij. s. M. f. rot.
Pilul. Marſil. Ficin. ℞. thur. unc. ij. myrrh. unc.
. fol. aur. dr. s. cum vin. ſ. q. M. f. pilul. medioc.
quarum aliquot ſub auroram ſumantur. Extrin-
ecùs ad tempora, verticem & occiput fel. perdic.
l. myrrh. per deliq. ſpir. vin. in quo pip. infu-
ſum, aq. heder. arbor. balſ. ad memor. minſ. cu-
uph. v. g. ℞. fl. roſ. rub. lavend. major. meliſſ.
uleg. roriſm. ſalv. beton. an. p ij. nuc. moſch. dr.
. thur. maſt. rad. ir. fl. cort. cit. ſandarach. an.
cr. 1. charyoph. mac. cardam. cubeb. an. ſcr. s. ſpec.

diamb. compl. dr. 1. s. succin. dr. s. mosch. gr. vij. amb. gr. v. M. pro Cucuph. lot. cap. ex lixiv. decoct. *laur. maior. meliss. rorism. fl. lavend. lil. convall. chamæm. rad. asar. irid. &c.*

Dieta aër sit temperatus, serenus, lucidus, odoratus, cibus boni succi, facilis coctionis, modicè calefaciens & attenuans, modicè & ordine assumptus: vitentur olera, fructus crudi, legum. lacticin. statuosa, bellaria. Potus sit vinum tenue, odorum, dilutum, somnus moderatus, vitetur cruditas & crapula, alvus respondeat vel sollicitetur *pilul. aleophang. marocost. de succin. crat.* absint intempestivæ lucubrationes.

Catarrhus.

NOm. Catarrhus, *Rheuma, destillatio, defluxio,* ein Fluß/ oder Catharr.

Definit. Est humoris seroſi s. lymphæ nunc salsæ & acris, nunc mitioris defluxus è cerebro glandulisque vicinis in partes inferiores dependens ab eodem humore s. quantitate s. qualitate expultricem stimulante.

Gen. est symptoma in excretis.

Subject. Est cerebrum unacum glandulis oculorum, faucium, laryngis, asperæ arteriæ, colli &c. membranis pituitariis, vasisque lympathicis.

Differ. alius *internus* dum lympha intrinsecùs ad os, palatum vel pulmonem depluit: alius *externus*, dum latex serosus inter membranas cranij extimas per continuitatem musculorum, membranarum,

arum, vaſorum in partes externas, ùt oculos, den-
es, ſcapulas, dorſum, brachia, &c. effunditur: in-
ernus ſi ad nares fluat, dicitur *Coryza ſ. Gravedo*,
ie Straucken: ſi ad fauces, & aſperam arteriam
ronchus ſ. raucedo, die Haiſerkeit: ſi ad pectus
ropriè *Catarrhus* dicitur. Alius eſt *accidentalis*
acilè delebilis, & ab extra oriundus,, alius *habi-*
ualis ſæpiùs rediens ex tono partium læſo, & re-
icto fermento morbifico, alius *mitior* ex lympha
nſipida, alius *ferus* ex eadem acido-ſalſa corro-
iva oriundus, alius *frigidus* inſipidus ſcil: ac mi-
imè mordax affligens cum gravitate, & tenſione
itra oculorum & faciei rubedinem, alius *calidus*
enuis, acris reddens caput calidum, faciem & ocu-
os rubicundos, partes per quas fluit exaſperans,
orrodens, cum ſiti, febre quandoque, urina tincta
& perceptione ſalſedinis aut amaritiei, alius *epide-*
mius, ſubinde etiam malignus, alius *cum impetu*
ruens in partes inferiores. Alius *ſuffocativus*, ein
Stöck-Cathar / qui eſt pororum & tubulorum
eſpiratoriorum in pulmonibus confeſtim acci-
lens obſtructio cum maxima reſpirandi difficulta-
e, anxietate, dolore pectoris gravativo, tuſſi,
ſtertore, illæſo tamen ſenſu & motu, quibus ab
Apoplexia diſtinguitur.

Cauſ. interna eſt irritatio glandularum cerebri
partiúmque vicinarum, quâ fibris conſtrictis ſero-
ſum laticem, ac lympham exprimunt. Irritatio
lla ſit vel à cauſa externa, vel ab interna, quate-
nus vel in ipſa parte vitio privatæ digeſtionis ali-
quid acre pr: naturale hæret, quod ceu hoſtile fer-
mentum continuò irritat, aut fluxionem concitat,

vel ipsa lympha vitio primæ diggestionis, aut erroris externi nimis copiosa, aut pr: naturali acrimonia acido-salsâ affecta, ut accedente causa externa facilè incalescat, incalescens fermentetur, fermentata per superiora despumetur, Spumâ catarrhali ad glandulas, & membranas pituitarias delatâ accedente præsertim diminutâ sensibili transpiratione sudatione, & urinæ excretione. Catarrhus suffocativus licèt quandoque oriatur, dum ex glandulis salivalibus catarrhalis humor cum impetu ad fauces transmittitur, frequentiùs tamen contingit vel à sanguine seroso tenui cum impetu in pulmones effuso, vel à stagnatione sanguinis in pulmonibus ab ejus copia, visciditate, cruditate, coagulatione, vel à continua fibrarum nervearum in vesiculis pulmonalibus irritatione strictura, & quasi coarctatione convulsiva, vel ab irritatione laryngis, & hanc insequente pertinaciori strictura glottidis.

Causæ dispositiv. Sunt rata corporis & capitis textura, vel etiam nimis densa, cerebrum debile, frigidum vel etiam nimis calidum, ætas senilis, ventriculi & capitis antipraxia.

Procathartt. aër australinus, aquilonaris, subita horum mutatio, inspirata aëris fermenta epidemica & salia peregrina, fumi acres metallici, frigus primum autumnale, radij lunar. satietas, crapula die Süß machen Flüß / somnus longior præsertim meridianus, vita sedentaria, lucubrationes nimiæ & intempestivæ, ira, balneum, frequens V. S. alvi pigrities, incessus nudato capite, pedes madefacti, refrigerati, fætor argillarum,

rum, pavimenta recens lota, linteamina ma-
da in conclavi ſuſpenſa, quæ omnia ad catar-
os diſponunt vel colluviem ſeroſam augendo
el tranſpirationem impediendo, vel loca glan-
uloſa irritando, vel cauſam morbificam funden-
o &c.

Sig. diagnoſt. Per ſe clara ſunt. Imminentis
atarrhi ſigna ſunt capitis gravitas, ſenſuum he-
etudo, artuum laſſitudo, horripilatio dorſi ſe-
uente ſubinde febriculâ veſperi exacerbatâ cum
ſigni corporis incaleſcentia, comitatur ſæpiùs
vi ſegnities, copia flatuum: ſequitur tandem
ſſis, raucedo, ſputum copioſum, ſternutatio
equens, præcipuè, ſi in coryzam deſinat.

Prognoſt. Ca arrhi ſicuti ſenibus ſunt familia-
s 3. *aph.* 31. ità in ijs graviores & curatu diffi-
liores, hinc id. *Hip.* 2. *aph.* 40. ait: *deſtillatio-
es & gravedines coctionem in ſenibus non admit-
unt.* A cauſa externa oriundi minùs periculoſi,
uàm ab interna. Mali qui ſæpiùs recurrunt in
odem loco, ſicuti v. g. in pectore facilè phtyſin
auſantur, minùs periculoſus eſt catarrhus ſi fluat
l nares, pejùs ſi in fauces, peſſimùm ſi ad pe-
us. Pejores ſunt ſcorbutici. Catarrhus ſuffoca-
vus viribus jam proſtratis ſuperveniens frequen-
or eſt mortis prodromus.

Indicat. Sunt lympham imminuere, tempera-
, ſenſum irritationis tollere, motum ejus inhi-
ete, ac ad pectus fluentem revellere, & intercipe-
, intemperiem contrariis corrigere, partésque
ffectas roborare.

Curatio fit I. Secando venam præmiſ. clyſter. ſi æger plethoricus, adſit febris, magnus faciei & oculorum rubor, ſi cum impetu deſcendat, metúsque ſit imminentis gravioris ſymptomatis, vel inflammationis alicujus partis.

II. Evacuando in materia calida per mannata v. g. ℞. *mann. El. unc. 1. s. ij. Crem. tart. dr. 1. l. ſucc. lim. dr. ij. diſſolv. in ſ. q. brod. carn. Col. vel* ℞. *Crem. tart. dr. ij. ſolv. cum aq. viol. unc. vj. dein lento igne diſſolv. mann. El. unc. iij. col. per pann. & clarif. cum album. ov. & aromatiz. pauca aq. cinam. ſi fortiùs agendum, addi poteſt pulv. Syr. cum ſem. melon. ſubact. ad gr. vj. vel.* ℞. *aq. laxat. Vienn. unc. iij. iv ſucc. cit. rec. expr. dr. iij. aq. fl. namph. l. cinam. dr. ij. M. vel add. pulv. Syr. vel mag. Gial. gr. vj. viij. vel pulv. rad. Gial. gr. xv. ſcr. 1. vel extr. diacarth. dr. 1. s. & c.* ℞. *Crem. tart. dr. 1. rad. mechoac. dr. ij ſem. fanic. dr. s. incis. bull. in ſ. q. aq. ad conſumpt. 3. p. in col. inf. fol. ſenn. ſ. dr. iij. Rhab. dr. 1. expreſſ. add. extr. diacarth. dr. 1. mann. El. unc. 1. aq. cinam. bugl. dr. ij. M. caſſia* quoque pectori amica eſt. In materia frigida utendum magìs Pilul. v. g. *maſſ. pilul. de ſuccin. Crat. l. extr. coch. l. ma. rocoſt. ſcr. 1. troch. alch. l. mag. Gial. l. pulv ſyr. à gr. iij. ad viij. ol. deſt. ſuccin. l. lig. Rhod. gut. ij. cum ſ. q. aq. beton. M. f. pil. N. xj. de aur.* In catarrhis ſæpiùs recurrentibus ſingulis menſibus paulò ante novilunium *pil. uſual.* utendum præſertim in

iis,

ijs, quibus alvus ſiccior fuerit. hinc vel *pilul. Francofurt. tribus vicibus ſucceſſivè utendum*, vel ſeq. ℞. *Maſſ. pil. de ſuccin. Crat. dr.* 1. *s. Marocoſt. Mind. dr. s. troch. alch. ſcr. s. cum ol. ſuccin. ſ. q. M. f. pil. c. xxx. doſ. xj. quavis ſeptimana.* In Catarrho contumaci vitio ſtomachi oriundo vomitorium locum habere poſſet.

III. In Catarrho acri, tenui, calido cum tuſſi vehementi, & vigiliis infeſtante contemperantia, incraſſantia & intercipientia locum habent ùt *crem. hord. cum ſach. cand.* hordeat. v. g. ℞. *hord. mund. q. ſ. maceretur per hor 6. hinc coq. ad pulp. & traiic. deìn* ℞. *amygd. excort. unc. iij. ſem. melon. unc. 1. s. papav. alb. lactuc. an. unc. s. cum aq. hord. ſ. Emuls. quæ cum lib. ij. pulp. hord. permixt. coq. parum add. ſacch. q. pl. bibantur unc. x. m. & v. ſub. Introitum lecti. Emuls.* ℞. *amygd. d. excort. unc. ij. ſem. 4. fr. m. an. dr. 1. papav. alb. dr. iij. cum l. q. aq. hord. M. f. Emulſ. dulcor. ſacch. ſ. q.* poteſt etiam de ſeq. ſyrup. quid exhiberi ℞. *Syr. viol. de ros. ſicc. an. unc. 1. papav. unc. s. M. detur Cochl. hora ſomni.* item rotul. *diacord. l. de ſucc. Glych. l.* ℞. *Gum. tragac. arab. an. dr. ij. bol. arm. terr. ſig. an. dr. 1. ſem. papav. alb. ſucc. Glych. an. dr. s. ſacch. penid. unc. 1. cum mucilag ſem. cyd. aq. roſ. extr. ſ. q. f. orbiculi diu noctûque in ore detinendi. plura vid. de Tuſſ.* ante ſomnum maximè conveniunt *pilul. de Cynogloſſ.* ad gr. v. vj. l. ℞. *pilul. de Cynogloſſ. dr. 1. s. ſucc.*

s. ſucc. Glych. inſpiſſ. dr. s. ſuccin. alb. pulv. ſcr. s. M. f. pil. Num. xxiv. dentur Num. iij. l. ij. poſt cœnam, immo maximè conveniens eſt ipſum *laud. opiat.* exhibitum vel cum *conſ. roſ. l. theriac. l. in ſyr. Emulſ. &c.* niſi Catarrhus ſit Epidemius vel jam ad Incrementum pervenerit, vel alius morbus per eum ſolvatur.

IV. Inſtituendo evacuation. particulares ſ. per errhina ſi materia ad pectus fluat ùt v. g. ℞. *aqu. majoran. unc.* 1. *pulv. ſem. nigel. ſcr.* 1. *fol. betou. ſcr. s. amb. gr. iij. M.* his etiam addi poſſunt *fol. nicot. fl. lil. convall. &c.* ℞. *aq. major. unc. iv. ſucc. beton. unc.* 1. *ſem. nigel. pulv. dr. s. nuc. moſch. ſcr.* 1. *M.* ℞. *lign. quajac. unc.* 1. *aq. pur. lib.* 1. *inf. per noct. coq. ad med. p. conſumpt. add. in fine majoran. roſ. rub. an. pij.* Valet etiam *rad. Elleb. nig. & ſacch. ā p. æq.* item *mann. in aq. major. diſſol. add. parum vitriol. alb.* huc ſpectant varia *Tabacorum* genera Interiora etiam narium Illini poſſunt *ol. nigel.* l. ſeq. Balſ. ℞. *ping. anſ. cum aq. major. ter. lot. unc. s. ol. deſt. major. gut. v. ſalv. beton. an. gut. iij. M.* Per Apoplegmatizantia ſi materia ad oculos, vel nares fluat ùt v. g. *maſtix. maſticat. vel nux. moſch.* v. g. ℞. *nuc. moſch. dr.* 1. *maſt. gumm. arab. an. dr. s. redig. in pulv. & cum ſ. q. aq. roſ. f. troch.* hîc ſpectat *ſuffitus tabaci* per fiſtulam addito *ol. aniſ. major. ſuccin.* magìs tamen conveniens in ſubjectis pituitoſis, & ſanguineis, quàm naturâ ſiccis, bilioſis & melancholicis.

V. Ubi Catarrhi contumaces, aut incorrigibiles *fonticuli* proſunt ac in nucha poſiti intercipiunt, in

brachiis

brachiis derivant, in pedibus revellunt, ubique autem evacuant. Vesicatoria quoque ad scapulas aut cervicem posita sæpiùs proficua.

VI. In Catarrhis etiã contumacioribus locũ quàm maximè habent sudorifera, & exsiccantia ùt v. g. ℞. *rad. chin. in talleot. sect. dr. iij. visc. querc. scr. ij. mac. scr. s. coq. cum columb. exent. in diplom. Col. unc. vj.* ℞. *Chin. sel. unc. 1. lig. lentisc. dr. vj. lig. Rhod. l. sant. cit. dr. ij. incis. infund. aliquamdiu, hinc coq. eum Gallin. Iuvene in lib. vj. aq. font. ad debitam coctiram m. cap. unc. vj. l. viij. aromatiz. cum pauc. macer.* ℞. *rad. chin. sel. incis. unc. 1. s. sasaph. lim. dr. 1. s. inf. in lib. xij. aq. font. per 24. hor. hinc coq. ad consumpt. med. Col.* huc quoque spectat decoct. *Catarrhal. minsi.* decoct. *herb. theè, vin. Adrian. papæ.* aliáque vina anticatarrhalia de quibus in principio pastûs vel inter edendum quandoque aliquid hauriatur. v. g. ℞. *rad. charyoph. dr. vj. rad. acor. unc. iv. pulv. fl. sambuc. m. s. fol. major. mj. vin. lib. xvj. stent. in Infus.* ℞. *lign. sasaph. juniper. lentisc. an. unc. ij. charyophillat. unc. 1. herb. roris m. rec. hyss. cent. min. an. mj fl. serpill. sambuc. an. m. s. cinam. dr. ij. cubeb. cardam. an. dr. 1. incis. affund. vin. opt. mens. iv. stent. in infus.*

VII. Ad roborantia veniendum, inter quæ ex simplicibus excellunt *thus. succin. nux. mosch. sasaph. thee, serpill. satur. thym. major. beton. salv. rosm. junip. &c.* Ex compositis rotul. v. gr. ℞.

spec.

r eandem viam futuram prænunciet. Immode-
tus ſanguinis fluxus in varriolis & morbillis
aximè paſt earum eruptionem uti etiam in feb-
ous malignis & peſte ſemper malum portendit.

Indicat. Sunt, ſanguinis efferos motus, ejús-
ie ebullitionem & orgaſmum inhibere, laxam
us texturæ compagem obfirmare, acrimoniam
us contemperare, poros ejus conſtringere, con-
nſare, vaſorúmque orificia aperta occludere.

Curat. fit I. Inſtituendo V.S. Si vires nondum
ſolutæ, & quidem ex brachio è directo fluxûs:
nmo etiam V. pedis ſæpè plurimùm confert, *teſte*
vicen. & *Trallian.* cum ſanguis pleuriticorum
nguini plerúmq; reſpondeat. Fiant ligaturæ ex-
emor. Dolorificæ, cncurbit. ſupra pedes ex *obſ.*
oreſt. it. ad hypochondria, ſed cautè, nè ſe-
uatur inflammatio. Uſitatior eſt ventoſa magna
l nuchan. applicata. *Crato* pro revulſione laudat
curvationem minimi digiti. *Zacut.* cauter. actua-
ad plantas pedum applicat. ſanguinem etiam ſi-
it terror quovis modo inductus, lipothymiæ &c.

II. Purgatio per ſe non convenit, nisi adſit
oundantia humoris ſeroſi, tenuis, bilioſi fluxum
romoventis, in quo caſu decoct. *tamar. cum in-*
ſ. rhei. myrob. & *ſyr. roſ. ſol.* convenit. v. g.
Tamarind. unc. s. fol. plant. mj. coq. in ſ. q. aq.

ad unc. iv. in Colat. inf. Rhabel. dr. 1. myrob. cit. dr. s. ſant cit. gr. vij. in Col. diſſolv. ſyr. roſ. ſol. unc. 1. Rhab. pulv. ſcr. 1. l. R. mann. El. unc. ij. diſſojv. in aq. plant. unc. ij. add. Rhab. el. pulv. dr. 1. ſyr. myrt. unc. 1. M. interim utile eſt finitâ purgatione exhibere Paregoricum, ut ſanguinis furor ceu catena conſtrictus coerceatur. Enema quoque refrigerens ſæpiùs iniici poteſt.

III. Frigida & adſtringentia applicentur nuchæ, fronti, ſcroto, manibus, pedibus, mammis in mulieribus, & interdum etiam epati. Sic fronti applicari poteſt catapl. *ex bol. armen. cum alb. ov & acet.* vel *ex gypſ.* aut *argill. calcinat. cum acet.* vel *ex fulig. cum alb. ov. & acet.* frontal. etiam v. g. *croc. mart. adſt. bol. arm. terr. ſig. ſang. drac. à. dr. 1. decoct. gall. malicor. cum mj. mille fol. unc. vj. acet. roſ. unc. 1. s. nit. præp. dr. s. M. l. R. aq. roſ. opt. unc. iij. fol. querc. unc. 1. acet. roſ. unc. 1. s. bol. arm. terr. ſig. lap. hæm. à. dr. s. album. ov. N. 1. M.* proſunt & lintea quadruplicata immerſa in aq. frigid. in qua *nitr. diſſol.* ad epar, & teſtes epithem. v. g. R. *ſucc. ſemperviv. maj. rec. expr. lib. s. acet. acerr. unc. ij. nit. unc. s. camph. dr.* 1. Alij teſtibus, collo & hypochondrijs frigidè applicant *oxycrat. cum nit.* eundem etiam liquorem linamentis intrudunt in nares, vel etiam in ore eum teneri jubent. Pedes etiam in frigidam demer-

ergunt. *Acet.* In aurem rari fluenti vicinam ſtillant. it. fabam aut numiſma argenteum naci narium inter cilia arctè alligant.

IV. Danda intrinſecus refrigerantia, incraſſantia, ſanguinem ſiſtentia. ùt *tinct. roſ. papav. errat. ſant. rub.* julep. v. g. ℞. *ſyr. pro tinct. roſ. unc. iij. decoct. hord. lib. iij. ſp. vitr. q. ſ* ℞. *aq. plag. unc. iv. burſ. paſt. endiv. cich. roſ. à. unc. ſ. ſyr. corrall. unc. iij. fl. papav. errat. frag. à. unc. i. s. ſucc. cit. unc. ij. M.* ℞. *aq. plant. papav. errat. portul. ſperm. ran. à. unc. iv. ſyr. de nymph. vel roſ. ſicc. unc. ij. ſal. prun. dr. i. M.* addunt alii *Camph. & laud. op* mixtur ſtegnotica *ſylv. q. aq. plant. unc. iij. cinam. dr. ij. æcet. vini unc. s. corrall. rub. præp. ſcr. ij. terr. ſig. ſcr. i. laud. op. gr. iij. ſyr. myrt. dr. iij. M.* capiat cochleatim. proſunt et: Emulſ. v. g. *amygd. unc. i. ſem. 4 fr. m. à. dr. i. papav. alb. dr. iij. decoct. hord. lib. i. M. f. emulſ. dulcor. ſacch. ſ. q.* impriis utilia acida ùt *ſpir. vitr.* hinc etiam utiliſſimæ *acidul. vitriolat.* ex ſpecificis intrinſecis ſunt *ſterc. porcin.* vel *aſinin cum ſucc. urt.* vel *aqua plant. dilut. colat. & ſach. dulcorat.* valent etiam hæc ſternutamenta exteriùs vel olfacta vel calentia fronti & temporibus admota, vel ſicca naribus immiſſa. Alij exhibent ſanguinem effluentem toſt. & pulveriſat alij *ſucc. urtic.* alij *ſpic. nard. pulveriſ. ex infuſcul.* vel *aq. plant.*

V. Veniendum ad ſpecifica externa & topica, venas apertas occludentia. Ex illis ſunt *buff. ex-*

ſiccat. pulv. & in ſindon. rub. axillis ſuppoſitus, vel manibus retentus, ut incaleſcat.. *lign. ſympathet. ex fraxin.* Wund-oder Hayl-Holtz naribus ad motum. *lap. hæmat.* manu detentus, vel *jaſpis genuinus*, vel *fruſt. cretæ* digito annulari detentum. *pulv. ſympathet. ex vitriol. ven.* cui, vel ſanguis inſtillatur, vel quo linteum ſanguine madidum conſpergendum, aut ejus ſolutioni immergendum. Alij eum etiam chartæ vel linteo incluſum ſub axillis ponunt, ut incaleſcat. Ex his ſunt *alum.* vel *integre naribus immiſſ.* vel *cum lacca pictorum pulveriſ. l. ſang. drac.* v. g. ℞. *alum. crud. q.pl. add. lacc. pictor.* Ruglack *q.ſ. ad pulv. incarnato colore tingendum. inſuffletur ſæpiuſs l. cum turunda in. aq. humectat applicetur. alij laco lacc. ſang. draconis addunt. laudatur & ſolutio alum. & vitriol. item liq. ſtiptic. Weber.* aut *della vigne*, turundis inditus ac intra nares per 2. dies relict. it. *phlegm. vitr. acid. goſſyp. atrament. infect. fulig. furni*, vel *ex fundo cacab. æneorum.* vel *etiam cum alum. mediante aq. ſperm. ran. & album. ov. humect. & cum goſſyp. applicat.* it. ℞. *ſterc. porc. exſicc. dr. iij. pulv. roſ. rub. dr. ſ. excip. ſucc. plant. & cum bombac. applic.* ℞. *thur. alo. ſang. drac. farin. vol. tel. aran. pil. lepor. minut. incſ. à. dr. ſ. excip. ſucc. plant.* ℞. *lanug. cydon. trag. maſt. ſang. drac. Bol. arm. lap. hæm. alo. farin. vol. à. ſcr. I. M. f. pulv. ſubtiliſſ. ex quo cum album. ov. & goſſyp. f. turund.*

dum

lum turundæ naribus induntur, os aquâ frigidâ lenum tenendum. Prodest etiam exceptus *vapor. cet.* it. *oxycrat.* naribus frequenter attractum. ttmüllero teste *spir. vin. rectific.* naribus paulò òst profundiùs injectus, sanguinem citissimè coa-ulat.

Diæta victûs ratio sit incrassans ex *oryz. exremit. animal. ovis ad durit. coct. pom. coct. cyon. condit. pult. amygd.* vini usus suspectus, hinc otus sit *emuls. amygd.* cum decoct. *cc. ust.* para-a, vel *tinct. ros.* vel *aq. chalyb. cum syr. gran. acid. rall.* vel 3.p. *aq. font.* & 1.p. *lact.* simul coct. pro otu extraordinario *vin. gran. cyd.* vitentur gra-iiores animi & corporis motus ùt ira, frictiones asi, oris motus per multam loquelam, mastica-onem &c.

Læsus gustatus.

Æsus gustatus verlohrner Geschmack.

Definit. Est ejusdem vel abolitio vel dimi-utio exorta vel à defectu spiritûs an. in ipsa par-e, vel nervi gustatorij quoad ejus filamenta pa-illaria intemperie, obstructione: vel ejusdem epravatio à linguæ substantia, ejúsque papillis erveis vitioso quodam humore imbuta.

Curatio fit pro varietate caus. in gustu icterico epè convenit vomitus, vel infus. *rhab. cum syr. e cich. cum rhab. & el. de succ. ros.* hinc *ser. lact. cidulat.* decoct. *cich. in aq.* vel *juscul.* vel *radix acetario*, aut *condit.* vel decoct. amarum l. ℞. ad. *cichor. herb. absint. Rom. Card. ben. a. mj. cent. min.*

min. m. s. coqu. in vin. & aq. cich. à. menſ. 1. s. ad conſumpt. 3. part. prodeſt & *crem. hord. cum ſucc. lim. crem. tart. ex juſcul.* collutio oris *ex aq. plant. cum ſyr. ex ſucc. acetoſ. & ſal. prun.* raphanus ante paſtum maſticatus acuit guſtum *teſte Hæfero.*

Prunella.

NOm. Prunella die Breyn.

Definit. Eſt linguæ ſiccitas, durities, nigredo & ſcabrities, ità ut interdum etiam rimas agat.

Gen. Eſt morbus in ſuperficie ſ. ſymptoma qualitatis mutatæ.

Subject. Lingua.

Differ. Alia *vera*, de qua dictum : alia *dicta* die Hertz-Breyn dum illa ſiccitas, durities &c. ad æſophagum & ipſum quoque orificium ventriculi extenditur : alia *angina alba* die weiſſe Breyn contingens præcipuè in inflammatione tonſillarum mitiori, ubi materia viſcida, alba mucoſa & glutinoſa linguam & fauces inſtar tenacis pelliculæ incruſtat.

Cauſ. Prunell. eſt ſaliva à vaporibus & humoribus calidis, acribus, putridis aut malignis glutinoſa & mucilaginoſa reddita : immo ab æſtu quaſi calcinata partes irritans, ut phlogoſin acquirant. Accidit ùt plurimùm in febribus contin. malign. aut inflammationibus viſcerum.

Prognoſt. Lingua nigra cum ſiccitate, ſcabritie, ſciſſuris & uſtione in morbo acut. periculoſa, ob maximum incendium. Ab initio morbi ſta-

tim

m exusta denotat viscéris alicujus inflammatio-
em ex hypochondriorum dolore, duritie, tu-
nore & calore dignoscendam.

Curat. Fit ablatâ causâ. pro mitigatione sym-
tomatis V. S. sub lingua maturè instituenda :
onveniunt collutiones oris tam cum, quàm sinè
argarismo v. g. ℞. *aq. Prunell. unc. iv. acetos.*
rag. plantag à. unc. ij. semper viv. maj. unc. i. dia-
nor. dr. vj. troch. de nit. præp. dr. i. M. ab hujus
su fauces & lingua Illin. ℞. *Diamor. unc. i. s. syr.*
iol. s. dr. vj. sp. vitr. gut. iv. M. seq. Gargaris.
naximè usualis. ℞. *herb. semper viv. rec. Miij.*
ancr. viv. N. iv. aq. semperviv. m. unc. iv. acetos.
ymph. à. unc. iij. contund. & exprim. add. acet. fl.
mb. ros. à. unc. i. s. dissolv. sal. nit. præp. scr. i.
liamor. unc. i. M. pro garg. potest ejus particula
tiam absorberi, ut ad æsophagum similiter affe-
tum perveniat. prodest & solum *sal. prunell.* in
q. semperviv. solut. l. ℞. *aq. semperviv. m. impræ-*
nat. cum ejus succ. rec. expr. lib. i. dissolv. sal. ar-
non. dr. i. M. prosunt & mucilagires v. g. ℞.
mucilag. sem. Psyl cydon. malv. cum aq. rub. id. l.
berm. ran. extr. à unc. s. syr. viol. l. Portul. dr. vj.
it. parum M. silingua æstu exusta collutioni non-
cederet prodest impositum linguæ *frust. lard. non*
alit. vel *aq. priùs macerat.* vel *butyr. rec. in aq.*
ros. lot. unc. s. cum sal. prun. dr. s. mixt. in aq. frig.
servat. & ad pisi vel *fabæ magnitud.* sæpiùs de die
& diu in ore detentum. Si palatum doleat ex ra-
mentis cutis decidentibus, *lac tepid.* gargarizetur
vel ℞. *hord. mund mj. ras. cc. unc. ij. herb. prunell.*
fl. malv. arbor. à. M. s. fol. semperviv. m. mj. sem.
cydon.

cydon. plant. à. dr. ij. canc. contuſ. N. xij. coq. ex aq. font. lib. iv. ad 3. p. conſumpt. & applic. ſeq. ℞. *ſem. pſyl. cydon. à. dr. 1. ſ. Gumm. trag. dr. 1. cum ſ. q. aq. roſ extr. mucilag. ſatis liq. cui add. ſyr. viol. parem doſim. f. inſtar. gelat.* qua gelatina frequenter ex cochleari utendum, diúque in ore continenda. vel ℞. *mucil. ſem. cyd. aq. roſ. extr. mell. roſ. à. unc. ij. ſucc. ſemperviv. rec. cochl. iv. M.* intrinſecùs nonnulli exhibent. *pulv. pyrium.* alij *lap. prnn.* vel *pulv. rubeum prun. ab Hœfer.* deſcriptum. vel pro *potu ord.* ℞. *ſal. nit. præp. unc. 1. crem. tart. dr. ij. ſulph. alum. crud. à. dr. 1. ſacch. unc. ij. M. f. pulv. de quo coch. m. cum aq. font. menſ. 1.*

Dolor Dentium.

NOm. Dolor dentium, *Odontalgia* alijs etiam odontagra Zahn-Schmertzen.

Definit. Eſt triſtis ſenſatio partium membranoſarum in dentibus exorta ab earum ſolutione continui.

Genus. Eſt ſymptoma depravati ſensûs tactûs.

Subject. Sunt membranulæ dentes intimè inveſtientes, & nervoſæ fibrillæ poros penetrantes, inque ſubſtantiam ſe ſe inſinuantes, ſubinde etiam gingivæ.

Differ. Alius *intenſus*: alius *remiſſus*: alius *continuus*: alius *remittens*: alius *periodicus*: alius *filius calidæ materiæ* ein hitziger Fluß. Infeſtans facie rubrâ, inflatâ, venis & arterijs turgidis, dolore pulſatorio, ſubinde etiam tumore maxillæ ſangui-

guineo cum dolore tenſivo & pulſatorio, totum capitis hæmiſphærium occupante: alius **ein kalter Fluß** infeſtans ſignis contrarijs & tumore ædematoſo.

Cauſ. intern. Vel eſt humor calidus, ſeroſus, ſalſo-acris vel acidus, vel nunc mitior & lymphâ magis dilutus ex M. S. vel vicinis glandulis ad radicem dentium delatus, vel materia in dentibus corrupta ac putreſcens, ut vermiculi exinde generentur, vel corruptio proprij dentium alimenti, quod acorem contrahit, hincque fibras, ſ. membranam nerveam circa radicem dentium criſpat, & vellicat: immo etiam dentium cariem & corroſionem efficit.

Cauſ. extern. Aër auſt. aquil. crapul. & omnes, quæ fluxiones excitare valent. it. aſſumpta ſacharata, dulcia, fervida, ſuperbibendo potum frigid. nimis. frigida, acida.

Prognoſt. Odontalgia per ſe non eſt periculoſa: contumacior tamen aut diuturnior convulſiones, vigilias pertinaces, atque alia ſymptomata gravia excitare valet. tumor in gingivis, aut maxillis obortus doloris dentium ſolutionem affert. Dolor dentium quandoque eſt infallibile ſignum conceptionis in mulieribus, quod plurimæ confirmârunt.

Indicat. Sunt dolorem lenire, acidum corrigere, fluentem materiam revellere, evacuare, diſcutere, dentes carioſos evellere, vermiculos enecare &c.

Curat. fit. I. Præmittendo ſubinde univerſalia præſertim in dolore contumaciori ut v. g. V. S.

largam, purgationem per *gialap.* cucurb. ſcarif. ad ſcapul. & cubit. veſicator. ad nucham, vel ponè aures. quæ nunquam negligenda utpote maximè proficua.

II. Adſtringentia & fluxionem inhibentia applicanda temporibus, ſi dolor ſit in maxilla ſuperiori: propè aures, ſi in inferiori, talia ſunt emplaſtra ex *maſt.* vel *ex pic. nig. cum gall. & alum.* vel *ex tacam. carann. cum balſ. peruv. malax.* vel *rad. conſol. maj. contuſ. & admot.* Alij etiam auribus infundunt *acet.* vel *vaporem ejus* excipi jubent. Alij in cauſa magis frigid. inſtillant *ol. amygd. am.* vel *ſucc. all. cum theriac.*

III. Ex topicis dolorem ſiſtentibus laudantur ſequentia ùt *ſotirell parv. minder.* imponendo ejus parum cavitati dentis. *laud op.* ſ. *pilula ejus* parti dolenti indita. ſ. *ejus eſſent. cum ſp. vin. extract. cum bombac. denti* immiſſa. ſ. *ad gr.* 2. vel 3. *intus exhibitum.* prodeſt etiam *fum. nicotian.* it. eadem dentibus maſticata utì & *radix pyr.* vel *in acet. decoct.* it. decoct. *rad. hyoſc. in acet.* vel *aq.* vel *decoct. nicotian. cum fl. cham. decoct. guajac. in aq.* vel *vin.* vel *junip. in acet. vin. l. ℞. vin. alb. generoſ. unc. iv. rad. hyoſc. alb. dr. ij. bull. ad conſumpt. 3. p. col. add. acet. unc. 1 vernic. dr. 1. iterum ebull. & col.* valet et: decoct. *quajac l. gall. l. rad. urt. maj. l. cc. uſt. in aq. l. vin.* proſunt. *fl. Sambuc. in vin.* coct. & etiam extrinſ. applic. egregiè etiam confert. *camph.* vel tantillum denti dolenti intruſ. vel *in ſp. vin. ſol.* vel *in acet. decoct. ac calide in os ſumpta.* v. g. ℞. *camph. dr. s.*

coq.

coq. in acet lib. s. ac calidè in os ſumatur, egregia etiam ſunt *ol. deſt.* ùt *charyoph. bux. junip. ſabin. cum camph. eſſ. ſuccin. cum camph. petrol. cum camph.* Tinctur. Odontalg. *Timæ troch. & balſ. odontalg. minſ.* Teſte etiam *Foreſto* dolorem ſubitò mitigat *rad. lapat. acut. vere collect. in tall. inciſ dentique applicat* alij ſeq. laudant ℞. *ol. charyoph. ſp. thereb. à. ſcr. 1. camph. gr. iv. M.* indarur denti mediante Goſſyp. ter. l. quater in die laudantur etiam in cauſ. calid. *troch. de nit. pp. ſ. dentibus inditi ſ. in aq. ſolut. & in ore tepidè detent.* à proprietate juvare dicitur *oſſiculum brachij,* vel *femor. dextr. buffon.* aut *ranæ terreſt.* à carne mundatum, quo gingivæ dentis fortiter fricantur. prodeſt & fumus hyoſc. carbon. inject. & ore hauſtus. Alij ad curas magneticas & transplantatorias deveniunt. alii ſp. vin. in quo zz. infuſ. guttam unam l. alteram naribus attrahere jubent. Alij ſpirit. ſulph. in quo antim. crud. per noct. infuſ. tempora inungunt ſi in Superiori maxilla dens doleat, ſi vero in Inferiori partem dolentem, ſed brevi poſt abluatur aq. font. rurſus, ne cutis aduratur.

Extrinſecùs in tumore maxillæ conveniunt ſuffit. *ex ſach.* vel *ſuccin. maſt. ſabin. &c.* applicetur *ſal. in ſartag. toſt.* vel empl. *de melil de ſperm. cet.* vel *camph. in ol. amygd. d. ſol.* Si propè radices dentium affectorum parvus tumor durus emergat intenſè dolens, pro ſuppuratione adjuvanda *lac. tepid. cum incoct. fic. & croc. gargarizandum.* Si vermes in dente fuerint, immittenda aliquot *gr. mercur. d.* vel *ol. deſt. abſinth.* vel *ſp. vin.*

sp. vin. in quo aloës ebullierit. Si dolor nullis cedat remedijs, dénsque omnino cavus & carioſus ſit, vel filo candenti ferreo adurendus, quod ſinè dolore fit, ac remedium tutum eſt vel evellendus citra magnam concuſſionem, vel maxillæ aut vaſorum diſruptionem; neque tamen etiam in ſummo dolore, vel dum fluxio vehemens aut ſumma gingivæ inflammatio. Si ingens ſequeretur Hæmorrhagia ſiſtenda *pulv. vitriol.* vel remedio Galen. *ex alo. thur. pil. lepor. cum alb. ov. l.* cauter actual.

Caries, Nigredo, Stupor, Algor, Stridor, & vacillatio Dentium.

CAries Dentium Hole / würm-ſtüchige Zähn. *Definit. & Cauſ.* Eſt eorundem corruptio & corroſio, ut excaventur, frangantur & fruſtillatim excidant, oriunda vel ex læſa dentis nutritione alimento ejus in acidum degenerante, vel à vermiculis in dentibus genitis, vel ex aſſumptis nimiùm frigidis. Teſte enim *Hip. 5. aph. 18. frigidum inimicum oſſibus, dentibus &c.* vel nimis calidis, aut acidis, aut viſcidis, glutinoſis, dulcibus, vel à fucis mulierum ex hydrargyto. Caries hæc in parvo puncto primitus nigreſcentè incipit, hinc foraminulum aperitur ad interiora penetrans. Subinde etiam fætor oris conjungitur ex corruptione tum nutrimenti dentis, tum maſticarorum, retentorum in ijſdem.

Curat. fit. 1. Cariei ulteriorem progreſſum inhibendo vel per *cauter. actual. ex aur.* vel *argent.*

vel

vel *potential.* immittendo *cum bombac. ſp. vitr.* vel per medicamenta, qualia ſunt *cer. virid. cum myrrh. ſubact. zz. in oximel. coct. corall. alb. oſſ. ſep.* vel *ſol.* vel *cum mell. roſ. mixt.* it. *camph. 2.* dentem evellendo, ſi caries longiùs proceſſerit, nè etiam dens contiguus carie afficiatur, & ſi propè radices tuberculum recidivet & fiſtulam efficiat. Si dens cavus doleat ex defluxione, non ſtatim evellendus, cùm dolor dein alium dentem occupet: immo etiam periculoſa ſit extractio tempore fluxionis & ſummi doloris. Dentem ad faciliorem evulſionem l. ut ſponte excidat, diſponunt *ſucc. tithymal.* denti inditus, vel globul. ex *eo* & *ſale ammon.* parat. vel paſt ex ſarin trit. cum *lact. ficuln. l. catapot.* item *ping. ran. virid.* dentibus affricata l. iis indita. Fætorem dentium ex carie tollit ablut. cum *aq.* in qua *ſal armon.* mixt.

Nigredo dentium ſchwartze/ häßliche Zähn.

Definit. & Cauſ. Eſt eorundem decoloratio & in colorem nigreſcentem vel alium fœdum mutatio Oriunda ab humoribus vitioſis in ſuperficie illorum hærentibus ſ. fruſtrata eorum nutritione genitis, ſ. aliunde delatis, vel ex frequenti eſu dulcium, inunctione, *mercur. viv.* huc etiam ſpectat *lapis. dentalis. ſ. lithodonton, tophus*, aut vulgò *tartarus dentium*, der Weinſtein am Zähnen ortus tum ex læſo dentium nutrimento, tum ex adhæreſcente mucilagine ciborum & potuum.

Curat. Fit vitando acetum & cibos admodum calidos, removendo ſæpiùs adnatum tartarum & impuritates dentium per dentiſcalpium ex *lentiſco*, colluendo dein os à ſumpto cibo *vin.* vel *aq. ſal.*

sals. Nigredinem tollunt frictio dentium cum liccinia lanea imbut. *aq. font. cum sp. vitr.* vel *alum* ità tamen, nè nimiùm aceſcat fricando poſtmodum cum *magiſt. corrall.* vel *pulv. dentifric.* vel decoct. *alum. uſt. & cinam. in aq. font. & roſ.* v. g. ℞. *alum. uſt. ſubtiliſſ. pulv. dr. ij. cinam. integ. dr. 1. s. aq. font. roſ. à unc. iv bull. in phiol. vit. ad 3. p. conſumpt.* hinc conveniunt pulv. dentifricij *ex oſſ. ſep. cc. uſt. mandib. luc. piſc. teſt. ov. calcin. corall. alb. alum. teſt. conch. cin. tabac. roſm. ſalv. ſang. drac. myrrh. maſt. thur. rad. ir. lapid. pumic. ſilic. calcinatis* (licèt monente *Zwelfero* duriora lapidea utpote gingivas nimiùm atterentia vitanda ſint) *rad. biſtor, panis filigin. toſt.* &c. hiſce odoris gratiâ addi poſſunt *moſch. amb. gall. moſch.* vel *ol. deſt. lig. rhod. cinam. ſalv.* vel ſpecies irrorari *ſpir. roſ.* poſſunt etiam ejuſmodi pulveres tingi *tinct. ſant. rub.* vel *gr. kerm.* vel *coccionigliâ* in *aq. aluminoſ. ſol.* v. g. *rad. biſtort. alum. Corall. alb. à. unc. 1. M. f. pulv. l.* ℞. *oſſ. ſep. cc. uſt. pumic. præp. à. unc. iij. moſch. ſcr. 1. M. f. pulv. add. ſp. roſ. unc. s.* ſicca ℞. *lap. pum. ſubtiliſſ. pulv. unc. 1. pulv. Ireos dr. ij. Gall. moſch. dr. 1. ol. roſmar. ſalv. cinam. à. gut vj. ſilic fluv. calcin. & pulv. unc. iv. pan. ſilig. toſt. pulv. & cribrat. unc. ij. cin. ſalv. roriſm. Tabac. Iuniper. à. dr. 1. s. maſt. olib. ſang. drac. à. dr. 1. myrrh. alum. à. dr. s. M. f. pulv. vel cum ſyr. aut mell. roſ.*

pſ. f. linim. prodeſt etiam *farin. virgin. minſ. um ſang. drac.* in malo pertinaciori optimum emedium eſt *ſpiritus ſalis cum mell. ad gratiam iporis mixtus*, vel *ol. ſulf. aq. vulg. dilut.* it. fri-tio dentium *cum rad. polyp. in vin. ſpir. ſulfur. cificato* immiſſa & exſiccata. Circa acida fortiora otandum, quòd frequentiùs uſurpata dentes qui-em dealbent, ſed fragiliores reddant, ſenſimque rodant. Nigredo dentium & linguæ ex eſu ce-aſ. l. myrtill. tollitur ſuffitu *candelæ ſulph.* occlu-s tamen faucibus.

Stupor ſ. *hæmodia dentium*, **ſo einem die Zähn erſchlagen** eſt moleſtia & dolor quidam dentibus ccidens ac maſticationem impediens, contingens t plurimùm poſt aſſumpta acida, vel eadem vo-nitu rejecta ùt in affectione hypochondriaca. *In urat.* prodeſt *portulac. rec. maſticat. caſeus rec.* el *vetuſt. ſiliq. ov. ad durib. coct.*

Algor dentium, eſt vitium eorum, quo frigo-is attactu notabiliter alterantur & ſpecialiter do-ent cum impedimento maſticationis. Prodeſt in oc affectu *ſpir. vin. dentibus affrict. pan. calid.* el *vitelli. ov. aſſat. calide maſticat. theriac. den-ibus affrict.*

Stridor dentium **das Zähn-Klappern** eſt maxil-arum vehementiſſima conſtrictio cum ſtridore, ependens ex impetu convulſivo muſculorum maxillam inferiorem deorſum moventium. Tol-itur curatis convulſionibus.

Vacillatio dentium **das Zähn-Nacklen** / eſt eo-undem nimia mobilitas & laxitas, dependens

vel

vel ex ictu, caſu &c. vel à defectu alimenti ùt in ſenibus & convaleſcentibus vel à nimia humiditate radices dentium laxante, vel etiam ſimul acrimonia ſcorbutica ex particulis corroſivis, acidis & volatilibus, gingivarum poros penetrante, eos corrodente, ac ſpiculis ſuis connexionem cum dentibus debilitante: immò ſæpiùs etiam dentes quo ad corticem exteriorem exedente, & denigrante.

Curat. Dirigenda potiſſimùm ad gingivarum eroſionem. Utendum collut. or. v. g. *herb. cochlear. veron. ſalv. prunell. à. mj. polypod. q. unc. s. maſt. myrrh. à. dr. ij. alum. dr. s. inciſ. & contuſ. coq. cum aq. ſalv. lib. ij. col. add. mell. roſ. unc. iij. M.* detineatur calidè in ore. ſi putredo adſit. ℞. *oxymell. ſquill. mell. roſ. à. unc. 1. myrrh. pulv. dr. s. alum. uſt. ſcr. s. M.* teſte Borrell. *c. 2. obſerv. 55.* parùm *alum.* in *unc. 1. ſp. ſulph. ſolut. cum unc. vj. conſ. roſ. mixt.* & deterſo dentium tartaro inſtar opiatæ admot. intra 15. dies dentes dealbat firmat & carnem gingivarum reſtituit. Mermann. ſeq. probat ℞. *alum. dr. s. diſſolv. ad ignem in unc. iij. acet. add. mell. unc. ij. coq. ad conſiſt. Elect. moll.* quod m. & v. gingivis affricetur. Si dentes exciderint locum ſuppleant factitij ex *ebore* vel *dente hypopothami parati & filis aureis dentium ſeriei adaptati.*

Gingivarum Eroſio.

GIngivarum eroſio eſt affectus quo gingivæ ab humoribus acribus, ſcorbuticis: ſubinde etiam

iam à vaporibus ex lumbricis elevatis (in pue-
s enim gingivas corroſas habentibus haud vana
ſpicio vermium eſſe debet) eroduntur ac flac-
dæ, tumidæ, ulceroſæ, cruentæ & corruptæ
dduntur ſub nomine Mund-Feyl. Nonnun-
iam etiam abſumuntur.

Curat. Præmiſſis univerſalibus fit topicis mun-
ficantibus, adſtringentibus, conſolidantibus &
ıtredinem inhibentibus ùt collut. or. ex decoct.
t. in vin. ex decoct. *ſalv. roſm. in aq. cum*
uco alum. l. ℞. *herb. ſalv. mÿ. fl. malv. hort.*
b. mj. rad. polypod. unc. s. f. decoct. in lib. 1. aq.
nt. Col. add. mell. roſ. unc. 1. s. alum. uſt. dr. 1.
p. prun. dr. iij. M. l. ℞. *rad. pentaph. unc. s. ſol.*
lv. myrt. piloſell. naſturt. aq. à. m. s. fl. roſ. rub.
ÿ. Balauſt. cort. gran. à. unc. s. coq. in vin. rub.
· aq. plant. à. lib. 1. s. contineatur m. in ore
llide ℞. *gall. immat. calic gland. balauſt. à.*
ic. 1. roſ. rub. pj. alum. crud. dr. iij. coq. in aq.
rrat. p. 2. & 1. vin. rub. auſt. Dein gingivæ
inantur *diamor. ſp. vit. acificat.* vel *ol. vitr.*
m mell. roſ. vel *ſyr. de roſ. ſicc. mixt. ad inten-*
m aciditatem. proſunt & liniment. parata
· *mell. ſp. ſulf.* vel *ſal. acificat.* addendo *pulv.*
l. ſalv. fl. aquileg. alum. rad. ir. flor. myrrh. cc.
t. roſ. rub. ſang. drac. nuc. cupreſſ. cin. Tabac.
rc. ℞. v.g. *alum. crud. dr. 1. s. fl. aquileg. fol. ſalv.*
dr. ÿ. rad. Ir. fl. dr. 1. s. myrrh. El. ſcr. ÿ mell.

roſ. q. ſ. M. f. linim. efficacius erit, ſi mel impræ-gnetur gutt. aliquot *ſp. ſal.* l. *vitriol.* hoc illin. quottidiè bis gingiv. l. ℞. *pulv. fol. aquileg. ſalv. ment. criſp. nuc. moſch. á. unc. s. alum. uſt. unc.* I. *mell. periſſ. unc. iv. M.* laudatur etiam *ſp. Cochlear. cum mell. roſ. mixt.* utilis etiam *tinct. lacc.* l. ſeq. ℞. *Crem. aq. calc. viv. ſupernatant. dr. iij. gum. lacc. dr. ij. vitriol. cyp. gr. vj. aq. roſ. ſalv. à. unc.* I. *s. ſolv. leni calore ac eo* laventur gingiv. quod remedium probatum. in malo graviori quandoque deveniendum ad *ung. ægypt. aq. virid. hartman. plater. &c.*

Aphtæ.

APhtæ das Gurfer.

Definit. & Cauſ. Sunt exulcerationes & excoriationes aliquarum vel omnium oris partium: quandoque etiam & æſophagi ac ventriculi cum eſcharis ſubinde variorum colorum exortæ à vaporibus vel humoribus acribus, bilioſis, ſalſis, acidis vel malignis ùt in febrib. malig. lue vener. vel ſcorbuto infectis, vel ab ichore ſalivali corrupto vel in infantibus ex lactis corruptione & exinde exorta acrimonia & aceſcentia.

Canſ. diſpoſ. Infantes tenelli, adulti etiam & præcipuè mulieres menſium ſuppreſſione laborantes, gravidæ, ſcorbuticæ febribus malignis laborantes.

Different. Alia ulcuſcula ſunt *alba*, alia *flava* alia *nigra*, alia *benigna*, alia *maligna*, alia *profundiora cruſtoſa & ſordida &c.*

Pro-

Prognoſt. Faucium exulceratio cum febre ma-
. & cum alio inſuper pravo ſigno apparens mor-
s periculum minatur: denotans malignam hu-
orum acrimoniam. *Valleſ.* Multos hâc affectio-
e perire obſervavit ob graviſſimum faſtidium
bi & potûs. Aphtæ aliàs facilè curantur, præ-
rtim albæ, & tenvi cruſta tectæ, malè ardiunt
avæ, peſſinæ profundiores, putridæ, nigræ, cru-
oſæ.

Curat. Præmittendo ſi opus univerſalia, præ-
rtim in adultis per V. S. purgationem *ex mann.*
ſſ. tamar. ſyr. roſat. ſol. cucurb. ſcarif. veſicat.
l cervic. hirud. propè aures, temperantia ùt *ſer.*
t. baln. aq. d. vict. refrigerante &c. fit topicis,
oi, ſi inflammatio ſimul conjuncta ſit, locum
bent *crem. hord.* gargariſ. *ex lact. chalyb.* inunct.
mucil. ſem. pſyl. cydon. cum aq. roſ. extr. ſyr.
mor. de roſ. ſicc. de rap. cum nit. pp. aq. plant.
m mell. roſ. Si his non cedat, vel non adſit in-
mmatio unicum ac ſummum remedium eſt *te-*
River. ſp. vitr. aut ſulf. qui in adultis, purus
urpatur] intincto in eum goſſyp. bacilli apici al-
gato, eóque ulceri leviſſimo attactu admoto: in
ueris *cum mell. roſ.* miſcetur ut aciditas linguam
viter feriat, ac cum pennicillo ex linteo baculo
ligato aphtæ frequenter illinuntur, huc ſpectant
mnia remedia de gingivis eroſis & exulceratis
cta ùt v. g. decoct. *ſaturei.* l. *veron. ex vin. cum*
ell. roſ. addendo aliquid *alum.* in affectu contu-
aciori. fric. cum viridi fol. ſalv. inunct. *cum*
c. moſch. combuſt. cum mell. roſ. l. ℥. ſyr. de roſ.

ficc. mell. ros. à. dr. ij. s. mast. el. pulv. dr. s. sp. vitr. gut. vj. M. in summo dolore & inflammatione ad *laud. op.* deveniendum, si sordida & profunda fuerint ulcera *ung. ægypt. cum mell. ros.* miscendum vel *alum. ust.* decoctis. v.g. ℞. *ung ægypt. unc. s. mell. ros. unc. i. syr. de ros. ficc. dr. ij. M.* ℞. *mell. ros. unc. ij. rob. diamor. unc. s. alum. ust. sp. vitr. à. scr. iv. M.* præservatio fit ablutione per *urin.* illius infantis.

Relaxatio uvulæ.

RElaxatio uvulæ so einem das Zapffel entfallen. *Definit. Caus. & Sign.* Est ejusdem p. n. à pituita s. lympha crassiore laxatio & elongatio citra inflammationem, ut longior facta partem superiorem æsophagi contingens nauseam pariat ac radici linguæ incumbens titillationem molestam in faucibus excitet, ut hâc laborantes eam perpetuò frustrà vorare & excreare velint, metuántque nè ejus impetu strangulentur.

Curat. I. Dirigenda ad catarrhum quoad universalia.

II. Topicis in princip. adstringentibus & repellent. ùt in angin. hinc resolvent, & exsiccantibus, ùt suffitu. *succin.* ore except. quod est specificum Rueland. *pulv. cort. gran. addito tantillo pip.* vel v. g. ℞. *ros. rub. balaust. cort. gran. à dr. s. rad. bistort. torment. gall. immat. Ir. flor. à. dr. i. alum. ust. scr. ij. M. f. pulv.* qui applicatur spatùlâ, vel cochleari exiguo ad id speciali-

ter

ter concinnato. l. R. *gall. immat. dr. 1. s. cort.*
ran. dr. 1. fl. roſ. rub. equiſet. an. dr. ij. lap. ca-
minar. præp. dr. 1. s. alum. uſt. dr. s. M. pro-
leſt etiam *ferment. cum ſp. vin. humect. & ver-*
ec. impoſitum utendo ſimul gargariſ. ex de-
oct. *fol. liguſt. cum ſal. prun.* Alij applicant
il. decrepitat, vel *armon. cum pauc. pip.* alii pi-
os quoſdam verticis ſurſum trahunt. ultimum re-
medium eſt chyrurgia.

Angina.

NOm. Angina, *ſtrangulatio* ſ. *ſuffocatio*, *ſqui-*
nantia. Halß-Wehe oder Apoſtem.

Definit. Eſt inflammatio ſummarum gulæ, gut-
uriſque partium à ſtagnatione ac effuſione ſan-
guinis fervidioris exorta, affligens cum febre con-
inua acut. difficultate ſpirandi & deglutiendi.

Gen. Eſt morbus intemperiei cum aucta magni-
udine.

Subject. Sunt laryngis & pharyngis muſculi,
landulæ, partéſque aliæ vicinæ.

Differ. Alia eſt angina *vera* de qua dictum:
lia *notha* ſ. *ſpuria* quæ eſt tumefactio harum par-
ium utì etiam uvulæ, tonſillarum &c. plùs mi-
ùs ædematoſa exorta à lympha glutinoſa plùs
ninùs acri nunc irritante & phlogoſin excitante,
unc glandulas infarciente & ſanguinis motum
lùs minùs impediente: affligit hæc ſinè febre
el ſaltem cum lenta & ſolo impedimento deglu-
iendi, vera alia dicitur *Synanche*, dum interni fau-

cium ſ. pharyngis muſculi: alia *paraſynanche* dum externi inflammantur: alia *cynanche*, dum internæ partes laryngis: ſubinde etiam ipſe pulmo eſt inflammatus, atque hæc omnium vehementiſſima affligit cum orthopnæa, oris rictu, linguæ exſertione, oculorum prominentia, faciei rubore, aphonia & potûs per nares regurgitatione: alia *paracynanche* dum exteriores laryngis muſculi inflammati. diviſio hæc magis ſpeculativa eſt quàm practica, cùm ùt plurimùm ſimul larynx, & pharynx, utut nunc una pars magis, altera minùs afficiatur, prout cognoſcendum ex læſione reſpirationis vel deglutitionis & ſenſu doloris. alia Angina eſt, in qua tumor ſive intus, ſive extra ſive utrobique apparet. Alia, in qua nullus adeſt tumor ſenſibilis, ac ideo *Aretæo* haud ineptè *latens* dicitur it. Angina alia eſt *epidemica & maligna*, alia *ſimplex & benigna*. Alterius quoque Anginæ mentionem facit. *Hip. 4. aph. 35.* dum ait: *ſi febre detento repentè collum intorqueatur ut vix deglutire queat, nullo exiſtente tumore lethale eſt.* Hujus cauſam veteres ad luxationem vertebrarum cervicis: R.R. autem mediùs ad convulſionem emproſtothano ſimilem deducunt.

Cauſ. intern. Eadem, quæ aliarum inflammationum.

Extern. Aër frigidus ſubitò inſpiratus poſt intenſam corporis incaleſcentiam, vel eodem modo aſſumptus potus frigidus, tempeſtas pluvioſa 3. *aph.* 16. inſpirata fermenta epidemica, res ineptè degluritæ, & in faucibus hærentes, inunct. mercuriales ineptè inſtitutæ, crapul. ſuppreſſ. menſ. hæmorrhoid. &c.

Cauſ.

Cauſ. diſpoſ. Ætas Juvenil. temperam. ſangui-
eum, tempus inter vernum & æſtivum medium,
uffi.

Sign. diagnoſt. Poſita in definit. & different.
ncipit hic morbus cum rigore & horrore ſequi-
ur febris ſæpè acutiſſima & paulo poſt dolor &
aucium inflammatio, cui niſi maturè ſuccurra-
ur, æger ſtatim nec deglutire ampliùs valet, nec
piritum per nares ducere cum periculo ſuffoca-
onis.

Prognoſt. Angina vera eſt morbus acutiſſimus
& valde periculoſus præſertim *cynanche* 3. vel 4.
ie ſtrangulans. de hac loquitur *Hip. 4. aph. 34.*
um ait: *ſi febre detento nullo apparente in fau-
ibus tumore ſtrangulatio ſubitò ſuperveniat, le-
hale.* hinc *paracynanche*, levior eſt *ſynanche*
deglutitionem magis lædens, leviſſima eſt *pa-
aſynanche* de qua loquitur *Hip. 6. aph. 37. An-
inâ detento, ſi tumor appareat in collo, bonum:
oràs enim exiſtit morbus.* id. 5. *aph. 10.* ait:
uibus ex Angina ad pulmonem mali ſit conver-
o, intra 7. dies intereunt, ſi verò hos effugerint,
urulenti evadunt.* Sicut ſtrangulatis & ſuffocatis
x *Hip. 2. aph. 43.* ità & anginoſis ſpuma circa os
pparens lethale ſignum. Tumores faucium in
ngina ſinè ulla ratione repentè evaneſcentes le-
hale ſignum ex *Hip. in coac.* quò minùs oculis ſe
iſtit tumor, eò majus periculum. Si in Angina
enæ ſublinguales apertæ parùm vel nihil ſan-
guinis ſtillent, pro malo habetur ſigno.

Indicat. Quæ in alijs inflammationibus.

Curat. fit. I. Adminiſtrando quantocyus V. S. utpote hic remedium optim. præſentaneum & compendioſum, eámque pro neceſſitate ſæpiùs repetendo & quidem 1. ex brach. hinc etiam ex ped. præſertim in fœminis vel ſuppreſſis menſibus. Pro derivatione aperiendæ V. ſublinguales, quarum apertio interdum ſola præcavet anguſtiam, dum ſentitur Anginæ principium, ubi nec febris magna nec corpus plethoricum.

II. Aliæ etiam revulſiones & derivationes inſtituendæ per fric. lot. pedum, cucurb. ſcarif. ad ſcapul. & lumb. veſicat. quod ſtatim poſt V. S. cervici admovendum, it. ex *Zacut.* p. p. cucurb. ſcarif. ſub ment. vel ſcarificat. Profundæ ſub maxilla & ſupra collum. in tonſillarum inflammationibus ſæpiùs ſubinde recurrentibus ex lymphæ vitio convenientiſſimum præſervativum eſt fonticulus.

III. Lenitiva exhibenda, vel, cùm ùt plurimùm anginoſi purgari nequeant, donec meatuum anguſtia majori ex parte ſublatâ, frequentibus clyſter. Alvus ſubducenda iiſque ſubinde acrioribus præſertim ſi pituita concurrat.

IV. Vomitoria à RR. nonnullis commendata non conveniunt, nisi vel in princip. morbi, ſi adſit amarities oris cum gravitate hypochond. & propenſione ad vomitum ac nauſea, vel ſi morbus per contagium excitatus, primæque viæ cacochymiâ ſcateant, vel in ſtatu periculoſo, ubi facta ſuppuratio, quæ tamen ob anguſtiam & ineptitudinem loci aut profunditatem ſitûs ſcalpel-

lo

aperiri nequit, quin potiùs ex tumore immi-
eat ſuffocatio, vel metus ſit, nè apertus in pul-
ones irruat, ubi vomitus periculoſum quidem,
tis tamen tutum remedium eſt, quia unicum
t.

V. In maligna & epidemica Angina V. ſectio-
e cautiſſimè adminiſtratâ, & omiſſa purgat. dia-
horet. appropriatis agendum, quæ etiam in be-
igna præmiſſ. V. S. locum habent *ex mixt. ſimpl.*
ntim. diaph. dent. apr. ſucc. ſterc. equin. &c. v.g.
℞. aq. ſcorz. unc. 1. s. fl. ſambuc. unc. s. cinam.
ugloſſ. dr. iij. antim. diaph. tinct. bez. à dr. s. ſyr.
ceroſ. cit. dr. iij. M. pro 2. doſ.

VI. Utendum gargariſ. quâvis hora. vel inje-
tionibus per ſyringam. ſi vires debiles, vel ſal-
em reſupinato corpore ſinè agitatione ad unum
el alterum cochlear in ore detineantur, cùm gar-
gariſmi ex motu & agitatione partium inflamma-
atum ſuſpecti præſertim in progreſſu morbi. Pa-
antur ex decoct. *hord.* vel ℞. *decoct. hord. cum*
mj. ij. fl. malv. hort. lib. 1. s. diamor. mell. roſ.
in. unc. 1. s. ſp. vitr. ſcr. s. M. ℞. *aq. plant. roſ.*
rub. ſperm. man. à. unc. iv. album. ov. in aquam
agitando redact. N. ij. ſacch. cand. alb. dr. ij. M.
℞. *fl. roſ. rub. m. s. balauſt. p. j. fol. plant. ſcabioſ.*
à. m. s. rad. biſtort. dr. ij. capul. gland. dr. 1. inciſ.
& conquaſ. coq. ex aq. ſ. q. in Col. lib. 1. diſſolv.
mell. roſ. unc. s. diamor. unc. 1. s. addunt alij ſp.
ſulph. l. ſal. prunell. in magno dolore prodeſt gar-
gariſ. *ex lact. chalyb.* vel *lact. & aq. plant. aa. ad*

p. æq. quo *Foreſt.* Anginas ad miraculum curâſſe dicitur. In Angina magis pituitoſa admiſcenda magis reſolventia, diſcutient. & volatilia ùt *ſem. ſinap. ſp. vin. ſp. ſal. armon. &c.* v. g. ℞. *aq. plant. lib s. acet. vin. unc. i. ſaccb. alb. unc. i. ſem. ſinap. dr. i. l. ſp. vin. unc. i, l. ſp. ſal. armon. dr. i. M.*

VII. Topicis extrinſecè utendum ut *ol. amygd. d. applicat. cum lan. ſuccid.* vel *lana ovilla nigra in ol. chamom. frix. ac cum lint. duplicat. involuta appoſito deſuper Empl. de melilot.* vel ℞. *ung. de alth. unc. ij. ol. cham. unc. s. Philoſoph. dr. ij. M.* ℞. *ol. chamon. lil. alb. amygd. d. à. unc. i. pingued. Gallin. butyr. rec. à. unc. i, s. croc. ſcr. i. M.* Rueland. commendat Cataplaſ. *ex abſint. contuſ. cum axung. pore mixt.* Thoner. ſeq. ℞. *caſſ. rec. Extr. unc. i. s. ol. chamom. amygd. d. à. unc. i. M.* craſſo linteo obductum applicetur ſub mento. efficaciſſimum eſt Catapl. *de nid. hirund.* ℞. *nid. hirund. N. i. fol. malv. violar. à. mj. rad. alth. lib. alb. à. unc. s. fic. ping. par. iij. fl. cham. melil. à pj. coq. & contund. add. farin. hord. ſem. lin. fænug. à. dr. iij. croc. ſcr. i. butyr. rec. unc. i. ol. cham. amygd. d. à. q. ſ. M.* ℞. *farin. hord. fab. à. unc. iv. pulv. nid. hirund. unc. ij. ſterc. can. alb. unc. i. s. mell. unc. ij. ol. roſ. q. ſ.* ℞. *nid. hirund. N. i. ſterc. can. alb. mj. coq. in vin. l. lact. prout opus ad conſiſt. Catapl. l. piſtentur cum mell. & axung. porc.*

VIII. Tu-

VIII. Tumore ad ſuppurationem vergente, ea-
em adjuvanda gargariſ. *ex lact. incoctis ficub.* vel
..*rad. liq. raſ. paſſul. mund. à. unc. 1. caric. ping.*
. vj. ſem. alth. cydon. â. dr. ij. fl. cham. pj. coq.
: ſ. q. aq. in Col. diſſolv. mell. commun. l. roſ-
nc. ij. croc. ſcr. s. myrrh. dr. s. M. extrinſecus
onvenit Catapl. ex *nid. hirund.* addita *Cep.*
b cin. coct. l. *R. medull. pan. trit. lib. s. rad. alth.*
b. alb. à. unc. 1. ſem. lin. dr. vj. fænug. unc. s. coq.
: lact. ad conſiſt. pult. traiic. per ſettac. add. ol.
mygd. lil. alb. à. dr. vj. butyr. rec. unc. s. croc.
r. 1. vitell. ov. N. 1. M.

IX. Abſceſſus maturatus aperiendus vel digitis
fauces immiſſis, vel ſcalpello incurvo vel cul-
o ligneo acuto, vel candelâ cereâ vel attactu *ol.*
itr. vel per vomitum, vel ſpong. filo alligat. de-
lutit. & retractam. aperto abſceſſu ulcus mun-
ficandum & detergendum decoct. *hord. cum mell.*
oſ. vel *R. herb. prun. ſalv. veron. rad. polyp. glych.*
. dr. ij. alum. crud. dr. 1. mell. roſ. unc. 1. coq. in ſ.
, aq. ſ.

X. Si ſuffocationis immineat periculum & ab-
ceſſus nec removeri nec aperiri valeat, ultimum,
on tamen minùs rarum, quàm periculoſum eſt
emedium *brancho l. laryngothomia.*

Diæta aër ſit temperatus, victus admodum te-
nuis *ex juſcul. gall. hordeac. avenac. ov. ſorbilib.*
orbitiones per cannulam, ſi aliter nequit, hau-
at. nonnulli *clyſter. trophinos* commendant, qui
amen vix quidquam efficient. alij odore panis &

car-

carnium ægros reſtaurant. Vinum venenum hic eſt. hinc ejus loco bibatur decoct. *hord. liq. & paſſul.* vel decoct. *citr.* v. g. ℞. *hord. mund. & ex-ort. cochl. 2. paſſul. min. ſacch. à. cochl. 1. coq in menſ. 1. s. aq. ad remanent. 1. menſ. l.* ℞. *rad. liq. dr. ij. paſſul. min. hord. mund. ſpec. decoct. pect. à. mj. coq. in 2. menſ. aq. ad conſumpt. med.* Somnus & vigiliæ moderatæ ſint. æger capite ſublimi & erectâ cevice reſpiret, alvus ſit apert. imperetur quies & maximè linguæ: in Angina notha diæta petatur ex cap. de catarrhis.

Læſiones Vocis & Raucedo.

LÆſio vocis eſt ejuſdem vel deficientia dicta *aphonia* vel *amiſſa loquela* contingens vel vitio thoracis non exſpirantis ùt in apoplex. convulſ. graviori: vel vitio laryngis ſ. ob rimulam ejus coanguſtatam, vel conſtrictam à tumoribus vicinis, rebus aſſumptis &c. ſ. muſculorum & nervorum vitio nunc paralytico excrapul. caſu ab alto, copia phlegmatis, magna raucedine: ſ. convulſivo ùt in paroxyſ. hyſter. vermibus, febrib. &c. ſ. ob ſubitaneam ſpirituum perturbationem ùt in terrore perculſis, vel vitio linguæ: vel eſt ejuſdem depravatio, & quidem, vel in *blæſitate* Liſplen / dum una littera vel ſyllaba pro altera præter voluntatem profertur: vel in affectu, quem vocans Schnarren/ dum litteram R. rite pronunciare nequeunt: vel in *balbutie* dum litteras vel ſyllabas quaſdam inter pronuntiandum abſorbent & quaſi ſupprimunt, quorum omnium cauſa re-

fer-

rtur vel ad linguæ nervorum & musculorum
temperiem plerumque humidiorem s. nativam,
: in ebrijs: vel ad malam linguæ conformatio-
em ùt nimiam ejus brevitatem vel crassitiem
cc. vel in raucedine, de qua hic potissimùm ser-
io.

Nom. raucedo *raucitas* s. *ravis* die Haiserkeit.

Defin. Est remissio vocis morbifica à sua natu-
ali gravitate: immo inæqualis, substridula &
emisona exorta ex læsione organorum vocis &
ræcipuè asperæ arteriæ.

Gen. Morbus in superficie.

Subject. In definition. positum.

Caus. intern. Est lympha, quæ licèt naturali-
er in asperam arteriam ex membrana ejus glan-
ulosa ac glandulis juxta annulos laryngis sitis
ranssudet pro ejus humectatione, planitie & de-
ensione ab inclementia aëris, hîc tamen copio-
iùs effunditur & quidem nunc tenuior, mitior,
nunc crassior, mucosa, inspissata in raucedine in-
veterata, & quidem ex irritatione laryngis &
asperæ arteriæ tum à causis externis tum internis.

Internæ sunt, lympha acrior, salsior, acidior
vel etiam materia purulenta titillando, & irritan-
do uberiorem lymphæ effusionem concitans: hæc
lympha ad Veterum mentem à capite destillat:
juxta R.R. probabiliùs ex proprijs laryngis &
asperæ arteriæ glandulis effunditur internas par-
tes quandoque excorians ùt in lue vener. scor-
but. tussi crebriori, phtysica, ac empyematica &c.
inveterata raucedo sequitur quandoque occultam

pul-

pulmonum vomicam, it. ulcera faucium, corroſionem uvulæ vel nervi vocalis.

Cauſ. extern. Sunl aër hybern, fumus ſulfuris, aliíque acriores, diuturna loquela, vociferatio intenſior, cachinnus diuturnior & vehementior, potus glaciatus in ſummo calore &c.

Prognoſt. Aphonia, etſi nunquam bona, ac non periculoſa non tamen ſemper lethalis præſertim ſi illam critica evacuatio ſequatur. Per ſe incipiens & ſolitaria ſucceſſivè curabilis eſt, periculoſa eſt illa, de qua loquitur *Hip. 5. aph. 3. Si ebrius quiſpiam derepente obmutuerit, convulſus moritur, nisî febre corripiatur, aut quâ horâ erapula ſolvitur, vocem recuperet.* it. de qua *7. aph. 58.* ait: *quibus occaſione aliquâ cerebrum vehementer concuſſum fuerit, mutos fieri protinus neceſſe eſt.* Peſſimæ ſunt aphoniæ junctæ cum ſingultu & virium exſolutione. Raucedo per annum vel 2. confirmata vix ſanatur. Quæ ex ſuppuratione aut tabe fit, mortis brevì futuræ prodroma eſt. Sic quoque raucedines ob reſectionem vel cotroſionem nervi vocalis, vel uvulæ poſt antiquum morbum gallicum incurabiles.

Indicat. Pro varietate cauſarum variant.

Curat. In aphonia ad primarium morbum dirigenda, in raucedine præmiſſis univerſalibus ùt V. S. evacuatione, ſudorif. fonticul. arteriaca palmam cæteris præripiunt ùt v. g. ℞. *ſyr. jujub. liq. viol. à. uns. s. papav. alb. dr. iij. M.* ℞. *ol. amygd. d. rec. unc. ij. ſacch. cand. viol. q. ſ. M.* ℞. *mucil. ſem. phyl. aq. viol. extr. unc.* I. *ol. amyd. unc. ij. ſyr. viol. ſacch. cand. alb. à. q. ſ. M. ſ. linct. ad-*

den-

dendo quandoque bals. sulph. thereb. l. anis. scr. 1. prodest etiam *diacod. in rotul. ad unc. 1. 1. s.* item *succ. glych. in spiss.* rotul. *bechic. alb. rub.* l. parat. *ex spec. diatrag. frig. cum ol. anis.* conducit infus. calid. *Theè. veron. salv. spec. decoct. pectoral. & c.* decoct. secundar. *repar. cum sacch.* rob. *rapar. passular.* decoct. *passul. cum anis. fl. sulph. ex ovo sorbil. sperm. cet. à. dr. s. ad dr. 1. ex brodio calid.* item ℞. *caric. ping. dactyl. ju. jub. à. unc. s. liq. dr. ij. coq. in aq. scabios. & plantag. ad. 3. in Col. unc. iv. dissolv. syr. viol. jujub. liq. à. dr. ij. M. pro gargaris.* in magis inveterata laudatur *syr. de Erys. Lobel. Bals. sulph. thereb. l. anis.* cum syr. vel sacch. in forma pulv. item ℞. *rad. aron. pulv. sacch. cand. pulv. à. unc. s. syr. viol. q. s. pro linct.* alij laudant *Elect. ex scord. fol: salv. & rad. ennul. pulv. cum s. q. mell. fact.* plura *vide de tuss.*

Dieta. Aëris habeatur ratio per suffumig. *ex gum. anim. mast. succin.* vino abstinendum, bibendo decoct. *glych. cum tantillo anis.* vel *fænic.* Potus sit actu calidus, ova cruda & sorbilia epota claram vocem efficiunt.

LIBER III.

De

Affectibus Pectoris & Cordis.

Asthma.

NOM. Asthma **Keichen/ Engbrüstigkeit.**

Drsin. Est respiratio frequens, anhelosa, stridula oriunda ex pulmonum ejúsque bronchiorum ac vesicularum obstructione & coarctatione.

Gen. Est symptoma actionis respirandi depravatæ.

Subject. Est pulmo cum suis vesiculis & cellulis bronchialibus membranaceis : subinde etiam diaphragma & musculi respirationi inservientes.

Differ. Aliud est *propriè dictum asthma* accidens cum sibillo, stridore, ronchisatione & subinde cum insigni anxietate : aliud dictum *dispnœa* in qua respiratio frequens, densa, citra sonum : aliud *orthopnœa* in qua respiratio summè difficilis, quæ decumbentibus suffocationem minatur & non nisì erectâ cervice perfici potest : aliud est *humidum s. manifestum*, ortum ex materia humorali, & cessans per ejus excretionem : aliud *siccum s. occultum*, dictum etiam *convulsivum*, & juxta *Helmontium caducus pulmonum*, ortum citra præsentiam sensibilis materiæ, cessánsque sinè notabili excretionem : aliud *per essentiam*, dictum

etiam

etiam *pectorale s. pnevmonicum*: aliud *per consen-sum*, & quidem vel *stomachale*, *præcordiale*, *s. hypochondriacum*, vel *hysticum*: aliud denique est *continuum*: aliud *periodicum*.

Caus. intern. Asthmatis humidi, vel hæret in pulmonibus, vel in stomacho & primis vijs: in pulmonibus causa est, vel pituita s. mucus viscidus, aut per epigenesin ex depravata eorum nutritione genitus, ijs fortè læsis ab inspiratis acrioribus, aut per metastasim eò delatus ex M. S. ùt in febribus contin. quandoque accidit cessantibus per copiosam excretionem materiæ per tussim, vel à capite aut aspera arter. mediante deluxione catarrhali, vel causa est materia purulenta in vomica, empyemate, phtysi &c. vel serum copiosiùs pulmones inundans, ac in ijs effervescens, quod Asthma plerúmque cum difficultate urinæ & tumore pedum conjunctum, vel sanguinis motus per pulmones impeditus s. ob ejus copiam, turgescentiam & ebullitionem, s. ejus coagulationem à frigido vel acido, s. vitium ejus cachecticum & cruditatem, ob quam tardiùs circulatur. Vitio stomachi ac primarum viarum oritur ex muco crudo, crasso & viscida saburra, ac exinde genitis flatibus ventriculum distendentibus, & tum diaphragmatis liberum motum impedientibus, tum illud in consensum trahentibus, ac convulsivè irritantibus: familiare hoc asthma præsertim post pastum est hypochondriacis. fit Asthma in tympanitide graviori, tumore pancreatis, lienis, uteri gestatione sublimi, hydrope confirmato, tum ob liberum diaphragmatis mo-

tum impeditum, tum ob distentos musculos abdominis thoracis dilatationem & elevationem impedientes, tum ob serum retentum crasin sanguinis vitians & acrimoniâ pulmones vellicans. *Asthma siccum* oritur vel ex vitio malæ conformationis ùt in gibbosis, vel à calculo, grandine, tuberculo crudo, scirrho pulmonum, vel eorum atrophia, exsiccatione & corrugatione, vel potissimùm â convulsione nervorum, & musculorum respirationi inservientium ùt diaphragmatis, laryngis, aliorúmque ob consensum nervi intercostalis & paris vagi, variorúmque inter se musculorum, utì apparet in asthmate hypochondriaco, hysterico, illóque quod arthriticis confirmatis contingit, paroxysmis tardè vel difficulter supervenientibus, vel tandem ratione fibrarum, vesiculas pulmonales colligantium & ipsius membranæ pulmonis contractarum, dum irritantur vel ab interno acido acri, quò spectat Asthma ortum ex scabie retropulsa, vel externo ùt spiritibus metallicis, aëre impuro &c.

Caus. disposit. Sunt, hæreditaria dispositio, ætas senilis 3. *aph.* 31. it. qui pectus à natura habent strictum, pulmones nimiùm parvos vel magnos, homines obesi, hypochondriaci, temperamento humido & destillationibus obnoxio præditi, fossores it. metallici, fusores minerarum metallicarum, confectores cinnabaris factitij, sublimatores mercurij, aurifabri, destillatores aquarum fortium, molitores, cæmentarij &c.

Caus. extern. Sunt aër frigidus aut nimiùm calidus, vel varijs imprægnatus effluvijs arsenicalibus,

ibus, mercurialibus, carbonum, calcis vivæ, usus limentorum crassorum, viscidorum, acidorum, rini austeri, acidi: potus subitaneus frigidæ post æstum, ira, scabies repulsa, supress. mens. &c.

Signa diagn. In definit. express. in vitio humorali Asthma solet esse magis continuum, successivè increscere, vesperi & noctu exacerbari uti & motu corporis, ac pro varijs aëris mutationibus. Siccum ex improviso aggreditur ægros aliàs optimè respirantes, ac evanescit citrà sensibile nocumentum respirationis ac rejectionem materiæ per tussim. Hujus fomes si sit in capite, vertigo aut alia capitis symptomata præcedunt: si in plexibus mesenterij, sonitus, murmura, tensiones hypochondrior. Si in musculis diaphragmatis vel thoracis, pectus quasi constrictum videtur: si in pulmonibus, sentitur inexplicabile impedimentum respirationis.

Prognost. Asthma est tyrannus affectuum pectoris: morbus chronicus ratione totius paroxysmi, & curatu difficillimus, hinc illud vulgare: *Hydrops & Asthma mirabile phantasma, quod nullum sanat cataplasma.* Senes extra spem sunt: juvenes difficulter curantur: pueri & infantes, nisi naturè curentur, catarrho suffocativo intereunt. Ideò difficiliùs curatu est Asthma, quo magis est inveteratum, vel hæreditarium: rarissimè igitur perfectè curantur asthmatici, quin levissimo diætæ errore recidivent: tandem sub contumacia mori fiunt cachectici, hydropici, vel phtysici. Asthmati pleuritis aut peripneumonia superveniens Ethalis ob pulmonem jam insigniter debilitatum.

Cauſ. extern. Sunt aëris magni exceſſus, va-

riæque ejus anomaliæ præcipuè autem *teste Hip. 3. aph.* 10. *autumnus tabidis malus.* it. turgidus particulis carbonum, calcis vivæ, mineralium &c. cibi acres, ſalſi, abuſus vini generoſ. ſp. vin. vel etiam vini acidi, hinc phtyſis in Auſtria endemica, acidulæ etiam & omnia vitriolata, quæ in pulmonibus debilibus ſummè nociva, abuſus fumi nicotian. hauſtus ingens ſubitaneus frigidæ poſt corporis incaleſcentiam, conſtrictio pectoris nimia in virginibus pro concilianda venuſtate, ſuppreſſ. menſ. vel hæmorrhoid. nam ex *Hip. 6. aph.* 12. *diuturnas curanti hæmorrhoides, nisi unaquæpiam ſervetur aperta, periculum aquæ inter cutem aut tabis impendet.* Curatio veterum ulcerum, clauſio fonticulorum, ſuppreſſio gonnorrheæ, fluoris albi, metus, ira, triſtitia, intempeſtiva ſtudia.

Sign. diagnoſt. imminentis ſunt fluxio latenter defluens, ſtimulus ad tuſſim & tuſſicula inanis, ſputi ſapor in ore amarus vel ſalſus, quandoque febris levior: ſigna hæc certiora erunt, ſi adſit paulò antè dicta prava thoracis conformatio cum voce exili, clangoſa ac gracili corporis habitu & ætas juvenilis.

Signa incipientis ſunt querela de virium labefactione cum appetitu plùs minùs dejecto aut ſaltem carnes abhorrente, flacceſcentia ſubſtantiæ carnoſæ in artubus & atrophia incipiente potiſſimum in carpo, & carne muſculoſa pollicis.

Progredientis, tuſſis vehementior & moleſtior affligens præſertim veſperi ſaltem poſt lecti introitum aut manè cum rejectione materiæ viſci-

dæ

dæ pituitosæ, sensus gravitatis thoracis, subinde etiam dolor acutus ante & retro, superveniens febricula lenta ipsis ægris ferè insensibilis, nisi quòd post pastum præter gravationis sensum circa præcordia sentiant levem calorem prodentem se subinde erratico faciei & malarum rubore cum pulsu tamen semper celeri, frequenti, plùs minùs parvo, sapor in ore putridus, respiratio magis difficilis, & anhelosa præsertim à citatiore ambulatione, urina rubra ac præcipitata cum sedimento farinaceo, corpúsque magis extenuatur, tussit etiam æger magis, dum in unum latus magis decumbit, quàm in alterum.

Confirmatæ, calores acutiores ex superaddita febri Hecticæ febre preumonica inflammatoria à tuberculorum inflammatione, sudores nocturni, tussis continua, rigores frequentes, inordinati, febres erraticæ, in quarum paroxysmo sæpiùs deliraut, atque hæ febres oriuntur ex suppuratione tuberculorum, sputum magis purulentum, immo sincerum pus exspuitur, quod à pituita distinguitur, quòd sit minùs album, sed potiùs cinereum, subviride, vel flavum, subinde simul fœtidum in ignem præsertim effusum, ac in aquam tepidam projectum fundum petat, in quo etiam dissolvitur, respiratio fit magis difficilis, macies tanta, ut ossa tantùm pelle tecta sint cum faciei colore pallido & cadaveroso, urina oleaginea & rubra deponens subinde ad fundum matulæ arenam rubicundam instar cinnabaris, tandem supervenit pilorum defluvium, tumor pedum, diarrhæa colliquativa aphtæ ac peculiaris gutturis dolor

inter deglutiendum ac tandem viribus exhaustis cessante tussi & expectoratione suffocatio ac mors placidissima cum retentione rationis ad extremum usque halitum. Interim tantâ signorum speculatione opus non est: *teste* enim *Aretæo*, si quis vel plebæus viderit hominem pallentem, tussientem, macie confectum, hunc verâ phtoë laborare pronunciandum.

Prognost. Primus gradus Phtysis facilè curabilis: difficiliùs autem cognoscibilis est, & sub specie catarrhi pluribus imponit. Distinguitur tamen tussis Phtysica à catarrhali, quod hæc ultima statim primo limine ferox ac humida sine ponderosa pectoris oppressione ac respiratione anhelosa, quod spatio paucorum dierum vel saltem hebdomadum terminetur, quod non sit juncta gravitas hypochond. sitis, inapperentia cum vomitu post cibum ex violenta tussi, quæ omnia sunt contraria in tussi phtysica, in qua etiam excernitur materia purulenta coloris cinericii l. flavi, crassa quidem, sed fluida & fibrillis destituta, striis etiam sanguineis interdum intermixta. Secundus gradus difficiliùs curatur, licet per vulneraria & laudabilem diætam ulterior progressus per plures annos interdum retardari possit, quò mitius enim hic morbus tractatur, eò diutiùs vis lethifera longas in moras protrahi potest. Tertius gradus *teste Galen. Craton. Timæ* &c. ac quotidianâ experientiâ incurabilis est, tum ob tussim & pulmonum motum consolidationem impedientes, tum ob vim medicamentorum longo tractu ad pulmones usque exolescentem, tum ob indicationes con-

ontrarias inter ulcus, febrem & maciem, tum
b cruſtam quandoque ſuperinductam levi occa-
one decidentem & morbum renovantem, hinc
robabile eſt, eos, qui pro phtyſicis confirmatis
abiti reſtituti fuiſſe dicuntur, tabe ſaltem vel he-
ticâ, vel catarrho chronico mendoſam phtyſin
xcitante detentos fuiſſe, quò melior in phtyſi
rima viget concoctio, eò uberior ſanitatis ſpes,
uam etiam augent, ſi pectus amplum, hirſutum,
ires robuſtæ, ſputum album, læve, æquale,
uòd facilè expectoratur, appetitus vigeat, alvus
ompacta, ſitis nulla, febris remittat. *Hip. 5. aph.*
1. ait: *qui tabe infeſtantur. ſi ſputum, quod ex-*
uſsiunt, graviter oleat carbonibus injectum &
apilli defluant, lethale eſt, id. *4. aph. 12.* ait:
uibus per tabem capilli defluunt, ij alvi pro-
luvio ſuperveniente moriuntur. unde *5. aph. 14.*
it: *ſi tabe detento profluvium alvi ſupervene-*
it, perniciosum. it. *7. aph. 16. à puris ſputo phty-*
is & fluxio, cùm verò ſputum retentum fuerit
noriuntur. Anorexia tabidis mala, præſertim
um inflatione ventriculi & hypochondriorum:
nimi deliquia, ſudores colliquativi, raucedo,
liarrhæa, urinæ oleaginoſæ, convulſiones ac ſpaſ-
mi certiſſimi mortis prænuncij: phtyſis acuto
morbo ſuperveniens brevi interimit: ſecus quan-
doque chronica ad plures annos & quidem magis
chronica eſt in ætate provectioribus, quàm juve-
nibus. Phtyſici ùt plurimùm moriuntur, quando
folia prorumpunt vere ſcil: aut decidunt nempe

autumno: hinc vulgò dicitur. Er wird den Gukuck nit mehr hören rueffen. Phtyſis hæreditaria, & à mala thoracis conformatione exorta ut plurimùm lethalis. ex cantagio contracta curatu difficilior & plerumque magis acuta. reſtituri obſervati, quibus vel callus in pulmonibus contractus, vel pars exulcerata cum pleura agglutinuta. curabilis, in qua parua exulceratio & pus benignum propria cyſtide contentum. curata phtyſis à leviſſima cauſa recrudeſcere ſolet. Hæmopthyſici dicuntur ſemiphtyſici, ſi oriatur à ſanguine acri, ſæpiúſque redeat cum celeri pulſu & urina rubra.

Indicat. Sunt ſerum atque aliorum humorum recrementa à pulmonibus divertere, acrimoniam demulcere, materiam tabificam abſtergere, educere, pulmones læſos reſtituere, conſolidare, ac partes emaciatas reſocillare.

Curat. fit I. Evacuando humores vitioſos per intervalla remedijs lenioribus *ex mann. caſſ. aq. lax. vienn. el. lenit. ſyr. roſ. ſol. infuſ. ſenn. rhe. pilul. de ſuccin. Crat. &c. vid. catarrh.* In morbi progreſſu à purgantibus abſtinendum, cùm etiam levior tabidos copioſiſſimè evacuare ſoleat cum inſigni virium noxa, atque inſuper poſt purgationem veſperi crebriùs & pejus tuſſiant. RR. in phtyſi laudant vomitoria, cum morbus ferè ſemper in principio, nisi hæmophtyſin ſequatur, ſit ex vitio ſtomachi cum tuſſi ſtomachali, minúſque lædat vomitus, quàm continua tuſſis: ille etiam p[illegible]enter & copiosè faniem ex pulmonibus evacuet: alij econtra cum veteribus vomitoria minùs tuta cenſent, præſertim in actuali ulcere ob

me-

netum rupturæ vaſorum pulmonalium, unde tiam *Hip. 5. aph. 8.* ait: *tabi obnoxios ſupra nè urgato.* Ego diſtinctionem adhibendam eſſe arbitror, cenſeóque vomitoria convenire poſſe in principio morbi, ſi conſtet viſcera haud eſſe adeò infirma, nec pulmones corruptos, nec præceſſiſſe putum ſanguinis: ventriculus econtra biliosis ut acidis humoribus turgeat, ac nauſea & vomendi adſit diſpoſitio. interim non ſint vitriolata, nec valde vehementia, ac poſt eorum uſum ut etiam purgantium ſumendum paregoricum lyſt. tutiores, & ſemper utiles ſunt.

II. V. S. locum non habet, nisi quandoque in principio præſertim ſi ſanguinis evacuatio ſuppreſſa in cauſa ſit tum ad minorandam effervescentiam & colliquationem ſanguinis, tum ad præavendam inflammationem. hæc etiam in proreſſu repeti debet, licet corpus ſit maci lentum, adſit diſpnæa inſigniter aſthmatica, l. lateralis dolor, l. ſigna aliqua Rheumaticæ, Pleuriticæ, l. peripneumonicæ diſpoſitionis.

III. Pro catarrho avertendo commendantur *ſeac. fontic.* qui quidem in principio utiles: non autem, ſi jam ad extrema deductus ſit affectus. in eundem finem utendum errhin. *ex ſucc. major. bet. beton. &c.* ſacculis capiti applicandis. *ex mil. & al. toſt.* it. cucuph. ſuffumig.

IV. Pro mitiganda acrimonia ſalina totius M. præſtantiſſimum eſt *lac* ceu præcipuum phtycorum ſolatium ſerosâ parte abſtergens, caſeoſa diluinans, & butyrosâ reficiens. convenit autem maximè lac, ſi dolor moleſtus cum phlogoſi in gut-

gutture ſentiatur, ſumitur *lac aſin. caprin.* vel *etiam bubulum* additâ dimidiâ parte aquæ quolibet manè ad unc. 6. aſcendendo cum unc. 2. uſque ad lib. 2. eâdem doſi veſperi circa 5. tam repetitâ. cura hæc maximè convenit ad finem veris l. principium æſtatis. tepidè prout redditur addendo parum *ſach. roſ.* ac continuandus ejus uſus per 3. menſes: prtùs autem colluvies viſcerum tollenda, videndúmque nè adſit febris putrida, nec diarrhæa ex cruditate ventriculi orta, nec hæreat acidum in primis vijs. ſignum boni eventûs curæ lactis erit, ſi urina cocta, nec valde tincta, nec nimis aquoſa, ſi fæces alvi non crudæ, copioſæ, fætidæ, ſi ſitis mitigetur: ſecus ſi audiantur murmura, adſit dolor ventris, nauſea, vomitus, ſuperveniat febris, dolor capitis exaſperetur. ab eodem etiam abſtinendum, ſi Epar ſcirrhoſum l. obſtructiones ſint in Meſenterio, item ſi pulmo pure gravatus, ulcus ſordidum, ſputum copioſum, ventriculi ægritudo & oppreſſio gravativa. alij cancros elixos contundunt in mortar. affundendo lac vaccin. ſicque colatum exhibent.

V. Deveniendum ad vulnerar. abſtergentia, exſiccantia & conſolidantia in forma l. *decoct.* l. *Brod. pulv. rotul. Elect. Ecclegmatum.* in forma *decoct.* laudatur à plurimis decoct. quajac. chin. ſalſapar. v. g. ℞. *rad. chin. in tallcol. inciſ. unc. 1. ſaſapb. ſant. cit. an. unc. s. macer. in aq. font. menſ. ij. s. add. herb. heder terreſt. ſcabioſ. pulmon. à. mij ſem. aniſ. fæn. à. dr. iij. liq. unc. s. paſſul. min. conquaſſ. unc. 1. coq. ad. 3. Col. l. ℞. rad. ſalſapar. unc. vj. chin. unc. ij. ſant. alb. rub. à. unc. s. raſur. ebor.*

ec.

c. à. dr. iij. inf. & coq. in aq. font. lib. viij. ad. iv. dd. liq. dr. vj. paſſul. unc. 1. s. Col. Fonſec. laudat ecoct. ſant. cit. vid. River. proſunt & alia deco-ta ex herbis vulnerarijs, ùt Veronic. per modum Thee cum rad. liq. decoct. uſurpata l. ℞. fol. Thè r. ij. veron. agrim. ſalv. à. dr. 1. ſpec. decoct. ector. rec. diſpenſ. dr. ij. raſ. liq. ſaſaph. rad. ir. nciſ. à. dr. 1. s. inciſ. denur ad Chart. ℞. herb. ed. terreſt. chærefol. veron. à. mj. rad. ennul. unc. . s. ir. fl. unc. s. ſem. aniſ. dr. iij. fænic. dr. ij, fic. ing. N. iv. paſſul. min. unc. 1. s. rad. liq. dr, vj. oq. in ſ. q. aq. pluv. mart. l. cereviſ. l. ſer. lact. ibatur hauſtus m. v. & ante cubitum cum cochl. imid. pulv. anti phtyſ. prædictis addi vel ſub-titui poſſunt rad. ſymphit. chin. herb. tuſsil. bat. nob. plant. min. ſcabioſ. ſanic. pulmon. agrim. ugul. &c. pōſt decoct. in uſum veniunt juſcula eu brod. ùt juſcul. decoct. carn. vervec. cum bugul. cum ſucc. bellid. (quæ herba præſtantiſſima) hærefol. veron. &c. Wepfer. ſeq. multa præſtitit. c. ſucc. naſturt. expreſſ. Nummular. bellid. coch. 2. iij. cum pauxill. mell. roſ. cum brod. l. ℞. herb. dict. d. mij. l. iij. affund. brod carn. non ſalit. ferv. unc. v. l. v. hinc col. add. parum mell. prodeſt & gelat. c. brodiis addita. datur & decoct. chin. cum Gal-n. l. columb. vid. Catarrh. alii accipiunt Herb. ravmat. & ſacch. roſ. & immittunt in ven-rem exenterat. pull. hinc lento igne in olla coo-perta coq. pulveres antiphtyſici maximo etiam n uſu ſunt ter l. bis de die exhibendi v. g. ℞.

herb.

herb. pulmon. salv. hyssop. pulm. vulp. præp. veron. pulm. capr. mont. à. unc. s. sacch. cand. viol. unc. ij. antihect. pater. dr. ij. s. last. sulph. dr. 1. s. eleosach. anis. dr. vj. M. f. pulv. ℞. *Bals. sulph. vel pervu. dr. ij. impastetur cum sacch. cand. unc. ij. add. spec. diatrag. fr. pulv. anonym. à. dr. ij. succ. liq. rad. ennul. ir. flor. lact. sulph. à. scr. ij. M. f. pulv. ter de die exhib. super pane vino tost. ad. dr. 1.* addi vel substitui possunt *pul. haly. spec. diatr. fl. sulph. benz. sperm. cet.* Alij cum fructu simplicissimo utuntur pulvere *ex fol. salv. sylv. l. pulmon. aur. cum sacch. à. p. æq.* remediis sulphuratis minùs utendum, si præcordiorum æstus, & febris hectica prævaleat. Electuar. hic etiam in usu sunt, & præcipuè ex simplicibus maximè convenit *conserv. ros. rub.* quâ solâ multi restituti fuisse dicuntur vel ℞. *conf. ros. rub. fl. bellid. min. à. unc. 1. s. rad. consol. m. condit unc. 1. pulv. Haly. rec. p. p. dr. vj. antihect. pot. dr. ij. cum s. q. syr. de succ. hed. terrest. M. f. Elect.* addi etiam possent *fl. sulph. Bals. sulph. anis. spec. diatrag. fr. l.* ℞. *conf. ros. vet. unc. 1. s. pulv. antihect. poter. Bals. de capaiv. à. dr. 1. s. cum syr. fl. bellid. s. q. M. f. Elect. de quo ter de die sumatur magnit. nuc. mosch.* Ecclegma seq. laudatur *à Timæo.* ℞. *succ. symph. m. lib. 1. s. veron. portul. ros. rub. salv. hed. terrest. pulmon. aur. pimpin. à. unc. iv. depur. & cum s. q. sacch. coq. ad consist. linct.* alii etiam commendant *therebint.* v. g. ℞. *thereb. cyp. unc. 1. mell. ros. dr. vj. pulv. glych. dr. iij. M. detur m. magnit. nuc. mosch. l.* ℞. *thereb.*

eb. ven. coct. unc. ſ. Balſ. peruv. dr. 1. cum pulv. lych. M f. pil. pond. 1. gr. ſuffitus etiam magni eſtimantur præſertim *a Williſio* & quidem 1. humidi 1. ſicci v. g. ℞. *decoct. herb. Traumat.* ac *cot. effervescentis vapor hauriatur m. & v. per horæ quadrantem per foramen chartæ in conum convolutæ.* ℞. *olib. ſuccin. alb. benz. à. dr. 1. ſ. pulv. oſ. rub. ſant. rub. l. maſt. à. dr. 1. M. f. pulv. pruis aſpergend. & fumus per tubulum hauriendus.* addunt alii etiam *fl. ſulph.* circa dicta remedia not. 1. a, uti in omnibus morbis chronicis, ad longum empus præſcribenda eſſe, cùm ægri aliàs facilè eſerant medicum. 2. dulcibus non reſtitui phtyim, cùm plus lædant, quàm proſint.

VI. Opiata in phtyſi maximè proficua ſiſtendo rritationis ſenſum, hinc tuſſim mitigant, humoúmque acrium in parte decubitum, ac corruptelam ulteriorem impediunt, unde ab eorum uſu uſſis remittit, meliùs dormiunt, ſudores nocturni ohibentur, ac manè faciliùs magis cocta exſpuunt ægri: verùm hæc vera, ſi dentur in principio & incremento morbi, ubi tuſſis & exſpiratio non dmodum urgent: non autem in progreſſu & ſtau morbi, ubi anhelitus difficilior & exſpiratio multorum viſcidorum urgent, ubi cautè uſurpentur, vel penitus omittantur, nè reſpiratio adhuc iat difficilior & ſuffocationis metum incurrat æger, hinc ſi vigiliæ urgeant, nec opiata tutò exhiberi poſſint, paretur emulſ. *amygd. pin. piſiach.* &c. ex opiatis 2. horis ante cænam ſumendis conveniunt *pilul. de cynogl. ad gr. vj.* 1. ℞. *antihect. poter. ſcr. 1. ſacch. ſat. ſcr. ſ. extr. croc. gr. iv. laud.*

op.

op. gr. ij. l. iij. cum ſ. q. Balſ. peruv. M. f. pil. pro 2. doſ. l. ℞. ſtorac. calam. myrrh. thùr. extr. liq. op. croc. à. ſcr. 1. M. f. pilul. gr. pond. dent. ix. ſub introitum lect. l. datur *laud. op. cum conſ. roſ.*

VII. Lubricantia, incraſſantia, tuſſim mitigantia & expectorantia locum habent *ùt ſucc. glych. troch. Becch. nig. ol. amygd. cum ſacch. cand. ſyr. jujub. viol. de glych. &c.* vid. *tuſſ. rauced.*

VIII. Extrinſecùs ſpina dorſi & thorax inungatur *ung. reſumpt. ol. viol. roſ. ping. glir. mont.* vel *gall. ind.* quibuſdam commendatur *baln. ol. oliv. var.* vel *inſeſſ. in ſemicup. tepid. ex decoct. hord.* ſed febris lenta abſit neceſſe eſt, aliàs non tantùm nihil adjuvat, ſed ùtplurimùm lædit.

IX. Præſervatio phtyſis fit *victu refrigerante & humect. uſu lact. baln. aq. d.* vel *hordeac. fontic.* decoct. *chin. ſant.* uſúque aliorum antiphtyſicorum, quæ aliquamdiu continuanda, non tamen ſint nimis dulcia.

Diæta aër vergat ad ſiccum, vitetur aquil. auſtr. veſpertin. nocturnus, loca ſubterranea. mutatio aëris ſæpè profuit. ſic *Galen.* phtyſicos ablegavit ad montem *Tabias: Celſus. in ægyptum*, quod remedium ſi non ægris, ſaltem *Medicis* ad evitandas moleſtias: quandoque etiam ignaviam ſalutare. ſydenhamb exercitium equitatione factum pro remedio ſpecifico proponit. victus ſit refrigerans, humectans, analepticus: hinc ex carnibus conveniunt carnes *capon. gallin. pull. avic. mont. vitul. vervec. cum eorum. gelat. conſumat*, vel *contuſ.* ex piſcib. *luc. perc. trott. fundul.* ex teſtaceis *canc. teſtud.* ex fruct. *amygd. pin. piſtach. paſſ. ſic.*

pom.

om ex frugibus *oryz. trit. hord. aven.* it. *ov. sorb.* itanda nimiùm sacharat. acria, salsa, aromatiza-i, acida. refectionis necessitas potiùs frequentiâ bationis, quàm copiæ ubertate compensetur. i potu vitetur vinum acrimoniam augens: loco ius bibatur *cerevis. alb.* decoct. *hord. liq.* v. g. ℞. *ord. mund. m. iv. rad. liq. unc. s. passul. min. nc. i. s. jujub. N. xx. sem. anis. fænic. à. dr. vj. nam. unc. s. M. incis. & contus. ad chart. de his* ². *iij. coq. in mens. i. s. ad gsumpt. 3. p. l.* ℞ *rad. bin. scl. ras. lig. quajac. à. dr. vj. liq. ras. dr. v. ujub. sebest. à. dr. vj. cinam. dr. ij. passul. m. i. ncis. ad Chart. de quibus quantum volâ manus pitur. coq. in mens. ij. aliquot ebullit. Col. l.* ℞. *id. chin. scl. dr. iij. liq. dr. ij. passul. min. mund. r major. enucleat. à. unc. s. fic. ping. dactyl. à. . v. jujub. sebest. à. N xij. sem. melon. anis. en. à. dr. i. Bull. in 2. mens. aq per hor. med.* itentur ira, venus, mæror, tristitia & profundæ ogitationes.

Tussis.

NOm. Tussis die Hueſten.

Defin. Est motus depravatus & veluti con-ulsivus exspirationis thoracis, s. vehemens, cre-a, & sonora spiritûs efflatio à facultate expultri-: & veloci pulmonis, thoracis & musculorum ontractione edita, ad id, quod organis spirandi oleſtum est, excutiendum.

Gen. Est symptoma motûs thoracis depravati coacti nempe & irritati.

Subject. Sunt nervosæ, fibrosæ ac membranosæ organorum respirationi inservientium partes ùt aspera arter, thorax una cum pulmonibus, musculis & præcipuè diaphragmate.

Differ. Alia est *humida* cum rejectione materiæ: alia *sicca*, *arida* etiam *vulpina* dicta, in qua magno labore nihil excernitur: hæc, si sit gravior & vehemens *Hip. ferina* dicitur: alia est *epidemica*: alia *convulsiva s. suffocativa* pueros & infantes ùt plurimùm infestans, quâ detenti quasi præfocati ejulant & ob sanguinem stagnantem vultu quasi lividi & nigri evadunt: immo interdum tussiendo pectore convulso à respiratione cessant: alia est *continua*: alia *interpolata*. it. ratione fomitis alia *pectoralis*: alia *stomachalis* quatenus diaphragma ab affecto orificio ventriculi superiore, quod in transitu æsophagi mediantibus fibris membraneo diaphragmatis circulo annectitur, ob contiguitatem vellicatur, vel quatenus æsephagus simul vellicatus contiguam sibi asperam arter. per consensum afficit ac in tussim proritat.

Caus. immediat. Est organorum respirationi inservientium irritatio, atque hinc subitanea convulsiva contractio ad rem molestam excutiendam.

Mediatæ sunt præsertim in humida materia mucosa, pituitosa, purulenta, sanguis extravasatus, lympha acrior, salsior, acidior primæ diggestionis vitio progenita s. à capite & glandulis asperæ arter. depluens s. in pulmones s. in ven-

tri-

triculum, & tussis catarrhalis dicitur: à M. S. mediante circulatione eò delata, atque huc spectat illa tussis, quâ quandoque febres ardentes minùs acutæ per sputa mucilaginosa judicantur. ad tusses ex vitio lymphæ natas spectant etiam illæ, quæ solent affligere in princip. varriol. morbill. & quæ infantibus quandoque superveniunt ex malè curata scabie, achoribus, favis. tusses hæ licèt quandoque in princip. siccæ sint: progressu tamen deinde sunt humidæ, tum ob uberiorem lympham ex irritatione transudantem, quæ pedetentim condensatur in mucum plùs minùs crassum & viscidum. tum ob læsionem partis graviùs irritatæ phlegmonosam, ulcerosam, excoriationem, quâ nutrimentum vitiosè assimilatum unà transudat sub forma muci. præterea tussis præsertim sicca oritur à pulmonum calculo, grandine, ulceribus, vulneribus, tumoribus epat. lien. ventric. hinc diuturna tussicula sicca cum dolore vel tensione hypoch. obstructiones contumaces viscerum significat: excitatur quoque tussis præsertim convulsiva sinè immediato vitio partium spiritualium ex solis spasmis nervorum tam ex primario affectu, quàm consensu cum alijs partibus affectorum, ut in hypochondriacis, hystericis, quibus paroxysmi ex acri acido retento remorantur, hinc ejusmodi tusses superveniente podagrâ breviter & quasi sponte evanescunt.

Caus. dispos. Ætas puerilis 3. *aph.* 24. senilis 3. *aph.* 31.

Extern. Aër frigid. aquilon. hinc *Hip.* 3. *aph.* 7. ait: *aquilo tusses movet, fauces exasperat &c.*

vel alio peregrino æthere & charactere epidemico notatus, aut acido coagulativo turgidus, tempus hyemale 3. *aph.* 23. vernale 3. *aph.* 21. fumi acidi, acriores præsertim mineralium inspirati, potus frigid. vel etiam subacidus, austerus, assumpta rancida, cibus & potus per rimam laryngis aberrans.

Signa diagn. Per se clara. distinguitur autem tussis stomachalis à pectorali, quòd in illa locus irritationis, titillationis & stimuli ad tussim sit in partibus inferioribus, profundiùs respirantes non tussiant, sonitus sit quasi è profundo loco erumpens, magis de die affligat, superveniat non rarò vomitus, adsit anorexia, sensus stomachi gravativus, apepsia &c. cùm in pectorali sensus stimuli percipiatur in larynge, aspera arter. aut superioribus pectoris locis, sonitus sit magis superficialis, noctu magis affligat, febricula subinde adsit nocturna, profundiùs respirantes statim tussiant.

Prognost. Tussis à causa externa excitata caret periculo. si crebriùs affligat in subjecto habente pulmones debiles, ac sero & sanguine salsioribus & acrioribus prædito absque læsione pulmonum vix recedit, & phtysin vel hæmophtysin infert, hinc maturè illi succurendum. si enim diutius protracta & remediis vulgaribus non facilè cedens sputum copiosum varii coloris producat accedente languore & tabe corporis cum siti, appetitu dejecto & respiratione difficili, jam ad phtysis limites deventum. Tussis ferina tam in infantibus quàm adultis maribus herniam, & prægnantibus

abor-

abortum inferre valet. nocturna ex vitio lymphæ catarrhalis phtysis prodroma *Hip.* 2. *aph.* 40. ait: *destillationes & gravedines coctionem in valde senibus non admittunt.* id. 6. *aph.* 46. ait: *qui gibbi ex asthmate & tussi ante pubertatem fiunt, statim moriuntur.* id. 6. *aph.* 35. ait: *si hydropicis tussis superveniat malum.* Febribus contin. in declinatione superveniens tussis humida cum ritè succedente expectoratione bona: secus hecticæ periculum infert.

Indicat. Sunt, materiam irritantem motu peccantem revellere, intercipere, fluxam evacuare, acrem contemperare, crassam attenuare, tenuem incrassare. partésque spirituales roborare.

Curat. Fit pro varietate causar.

I. V. S. magnæ subinde efficaciæ in tussi, præsertim si corpus plethoricum, sitque tussis effectus catarrhi calidi & si febris sit juncta.

II. Clysteres & purgantia leviora locum habent & quidem magis prosunt in tussi stomachali, quàm pectorali, quæ ab ijs plerumque exasperatur: immo in stomachica vomitoria à R. R. commendantur.

III. In tussi diuturna aut vehementiori vesicatoria posteriori parti capitis vel brachijs, pedibusque affigenda, aut cauteria inurenda.

IV. Pectoralia danda, quæ vel incrassantia & irritationis sensum sistentia, vel mucum glutinosiorem incidentia & attenuantia, vel balsamica vulneraria. inter illa sunt inprimis papaverina & opiata, quæ sicuti in tussi sicca & lympha tenui acri optimè prosunt, ità in tussi humida & mu-

cosa pectorali vel planè non vel rariùs exhibenda, nè humores concentrati inflammationem, vel retenti suffocationem inducant. maximè igitur locum habent in tussi sicca pulmonali catarrhali, præmissa nempe V. S. blanda purgatione, clyst. interdictione vini; hordeat. vesicat. applicat. capiti raso emplast. *ex cochl. 2. vel 3. in mortar. contus. supra stupam extens. ac pulv. nuc. mosch. mast. succin. conspers.* vel *placent. ros. hoc pulv. conspers.* talia autem sunt *pilul. de cynog. laud. op. cum conf. ros. pil de styrac. Schröder, &c.*

V. Expectorant. exhibenda vel formâ syr. & linct. ùt v. g. ℞. *syr. viol. mucilag. sem. cydon. mell. ros. à. unc. 1. M.* ℞. *syr. jujub. papav. Errat. à. unc. 1. s. M.* ℞. *ol. amygd. rec. unc. 1. sacch. cand. viol. q. s. pro lambit.* ℞. *ol. amygd. unc. 1. s. syr. capill. ven. l. de siliq. unc. ij. viol. unc. 1. sperm. cet. non rancid. dr. 1. s. M.* si materia crassior. ℞. *syr. de prass. l. Eryss. lobel. de hyssop. à. unc. iij. oxymell. unc. 1. M. l.* ℞. *oxymell. squillit. unc. ij. syr. viol. unc. 1. s. Balss. sulph. anis. scr. 1. M.* dentur hæc cochleatim ac præsertim sub introitum lecti. prosunt etiam *ficus* cum *sp. vin.* desuper accenso assæ. item succ. ex talleolis raphan. saccharo consperis, & inter 2. patinas agitatis relictus. in forma *mixtur l. aq. claret.* ℞. *aq. tarax. scabios. à. unc. iij. sacch. cand. alb. unc. ij. M. filt.* est Panæcæa Vienens. l. ℞. *aq. scab. unc. iij. tussil. unc. ij. veron. Card. b. borrag. à. unc. 1. sacch. cand. alb. dr. vj. M. l.* ℞. *aq. asthmat. unc. iv. cinam. unc. iij. fœnic. unc. ij. scabios. veron. à. unc. 1. s. loch. san. & expert. unc. 1. sp. angel. card. b. à. dr. 1. M.* in forma

Elect.

Elect. est *butyr. rec. cum sacch. mixt. vid. phtys.* in forma *pulv.* ℞ *sulph. commun. opt. trit. dr. s. benz. scr. i. M. sumatur in Ovo sorbili m. & v. ante cubit. l.* ℞. *spec. diair. diatrag. fr. à. scr. ij. thur. albiss. scr. ij. s. myrrh. scr. i. liq. scr. ij. sacch. cand. alb. penid. à. dr. vj. M. f. pulv. cujus Cochl. parvũ detur m. & v. super pane tostovino madid.* seq. *à Timæo* laudatur l. centies in tussi & asthmate expertus. ℞. *spec. diair. dr. ij. pulv. liq. rad. ir. flor. à. scr. i. s. croc. Orient. scr. s. fl. sulph. scr. iv. sacch. cand. alb. unc. i. s. ol. anis. gut. v. M. detur larga cuspis cultri ac in ore contentus sensim liquefiat* vid. *asthm.* in forma *rotul.* quæ aliis expectorantibus præferuntur, quia sensim liquescentes ingredi censentur laryngem, in usu sunt rotul. *diacod. diair. de succ. viol. de succ. liq. troch. becch. alb. rub. l.* ℞. *spec. diatrag. fr. diamarg. fr. à. dr. i. bol. arm. or. dr. ij. conf. alk. dr. s. conf. ros. rub. unc. s. sacch. albiss. in s. q. aq. fl. acac. dissol. q. s. M. f. rot. à Wepfero commendat. l.* ℞. *conf. alk. spec. diair. s. à. scr. ij. conf. ros. dr. iij. fl. benz. gr. vj. sacch. in aq. veron. cum modic. tragac. sol. q. s. M. f. rot.* l. ℞. *spec. diair. diatrag. fr. à. dr. i. extr. ennul. l. liq. scr. i. sacch. in aq. tussil. sol. q. s. M. f. rot. l.* ℞. *looch. san. & expert. unc. s. spec. diair. dr. iij. fl. benz. gr. v. sacch. in aq. fænic. dissol. unc. iv. M.* in forma *morsell. & tabul.* ℞.

looch. san. & expert. dr. v. spec. diatr. dr. ij. condit. rad. ennul. unc. i. cond. cort. arant. dr. vj. fl. benz. gr. vij. sacch. albiss. in aq. fæn. dissol. q. s. f. morsell. l. &. spec. diatr. diatrag. fr. à. dr. iij. fl. sulph. pulv. rad. ennul. benz. à. scr. i. Eleosach. anis. scr. i. sacch. alb. sol. & ad consist. tabul. coct. unc. viij. f. tabell. pond. unc. s. vid. rauced in forma *pilul.* prosunt *pilul. Balsam. Morton. &. pulv. millepea. p. p. dr. iij. gumm. ammon. depur. dr. i. s. fl. benz. scr. ij. extr. croc. Bals. peruv. à. scr. s. Bals. sulph. thereb. l. anis. q. s. M. f. pil. medioc. de quibus ter in die 3. sumendæ.* in forma *decoct.* prodest *decoct. pectoral. decoct. ennul. cum passul. decoct. rapar. secundar. decoct. veron.* l. &. *ras. lig. sasaph. unc. i. mac. in aq. font. mens. ij. add. herb. hed. terr. scab. pulmon. à. mij. sem. anis. fæn. à. unc. s. liq. dr. iij. passul. unc. i. coq. ad. 3. detur haustus calid. m. biborio ante cænam & ante cubitum quandoque simul sumi possunt gut. x. Bals. sulph. anis.* decocta hæc magis sæpè proficua, quàm nobiles remediorum apparatus, præsertim in tussi chronica phtysim minitante. vid. *pleurit. phtys.* prosunt tandem pediluvia ituris cubitum ex cervis. calid. l. decoct. herb. cephal. & pect. inunctis postea soleis ping. luc. plura vid. de *asth. rauced.*

Diæta aër sit temperatus, vitetur impurus, nebulosus, fumosus, frigidus; diæta sit moderata;

vi-

ritentur ſalſa, pontica, acria, amara, acetoſa. in uſſi ab humoribus acribus convenit *crem. hord.* ven. *amygdalat.* interdictio vini cujus loco bibatur decoct. *hord. liq. paſſ. fic. &c.* exulet ira, venus, lvus arte ſolvatur. cætera omnia ſint moderata.

Palpitatio Cordis.

Nom. Palpitatio Cordis das Hertz-Klopffen.

Defin. Eſt motus depravatus ac veluti convulſivus pulſantis cordis facultatis, quo forti ſyſtole vehementer & impetuosè ſe contrahit ad em moleſtam & irritantem excutiendam.

Gen. Eſt ſymptoma motûs cordis depravati & ucti.

Subject. Sunt fibrillæ nerveæ motrices ventriculorum cordis ſpaſmodicè contractæ.

Differ. Alia *vera* de quâ dictum in definit: alia *tremor cordis* das Hertz-Zittern / éſtque ejuſdem repidatio, quâ pulſationes ejus minores, crebriores & quaſi tremulæ fiunt, cum pulſu inæquali, anguido & quaſi interdum vermiculari, dependens ab irritatione & debilitate ſimul pulſantis cordis facultatis: alia *idiopathica*: alia *per conſenſum*, quæ frequentior: alia *mitior*: alia *valida & vehemens* alia *continua*, alia *periodica*, alia *erratica* incertis invadens, recurrenſque intervallis nuc referri poſſunt *particulares arteriarum pulſationes* ægris ſubinde moleſtæ & oriundæ vel ex inflammatione loci alicujus, vel convulſione arteriarum vel partium ipſis vicinarum.

Cauſ. int. immediat. Eſt fibrillarum cordis irri-

tatio háncque ſequens convulſiva cordis ſyſtole ſanguini ingreſſo liberum denegans tranſitum, eúmque diutiùs quàm par eſt, in corde ſtagnare faciens.

Cauſ. mediat. Vel hydrops pericardij, aut aqua ejus abundans ac periodicè efferveſcens & ebulliens, vel vermes intra pericardium **der Hertz-Wurm.** vel calculi, vel abſceſſus cordis, vel concretiones polypoſæ aliíque infarctus ſ. obſtructiones intra cordis ſinus, vel arterias aut venam pulmonalem reperibiles, vel ipſe ſanguis vitioſus minùs turgeſcens & fermenteſcibilis, indéque ad ſtagnatiorem pronus ùt v. g. in cachexia, ſuppreſſ. menſ. quâ laborantes ex levi motu in palpitationem incidunt, vel humores vitioſi, id eſt, ſ. acidi ſ. viſcidi ſ. auſteri ſ. pituitoſi vel acres, maligni ſanguini commixti, qui & acrimoniâ ſuâ fibrillas cordis ad convulſivum & palpitantem motum irritare & ipſi ſanguini grumeſcentiam ſ. ſpiſſitudinem conciliare valent, vel vapores flatuoſi ex hypochond. aut utero mediante circulatione ad cor delati, aut potiùs partes flatus continentes ſpaſmo affectæ, nervóſque cordis in conſenſum trahentes, utì frequenter contingit in ſcorbuticis, hypochondriac. hyſtericis ob conſenſum nervorum meſentericorum & ſplenicorum cum cardiacis, hinc ſimul concurrit rugitus hypochond. ſenſus cordis conſtrictivus, vertigines &c. vel calor in corde p. n. auctus ſ. ſanguinis nimia rarefactio & commotio, vel ſpiritus an. tumultuantes & ad cor impetuoſiùs ruentes ùt in vehementioribus animi pathemat. vel etiam defectus ſpirituum ùt v. g.

in

n convaleſcentibus, quibus ex deambulatione aut
uavis alia corporis agitatione etiam leviori pul-
is immutatur, & fit creber, celer, parvus palpi-
tioni vel potiùs tremori analogus.

Sign. diagnoſt. Per ſe clara. à palpitatione atte-
æ cæliacæ ſitu diſtinguitur: nam pulſus hujus
ongè infra cor eſt, & ferè ad regionem ſiniſtram
omachi, fitque plerumque in magnis hypo-
nond. obſtructionibus, tantáque interdum eſt,
t quandoque ex diſtenſione fiat ancuriſma, & ex
us apertione ſequatur mors repentina. ſi palpi-
tio oriatur à cauſa organica ùt v.g. polypo, aneu-
ſmate &c. continuò ægrum moleſtabit, ac fa-
es ægri pallido aut alio colore morboſo ſuffu-
erit, gravibúſque aliis ſymptomatibus hydropi
finibus ſubjicietur patiens: econtra. ſi oriatur
materia fluida irritante, per intervalla officiet
ræſertim dominante auſtro l. ſupervenientibus
nimi pathematibus cum colore faciei naturali.
alpitatio cordis diſpnæam ùtplurimùm conjun-
am habet.

Prognoſt. Palpitatio cordis eſt morbus peracu-
us ratione paroxyſmi, chronicus autem reſpectu
otius morbi decurſûs. Sympathica frequentior
t & minùs periculoſa quàm idiopathica, quæ ùt
lurimùm lethalis. ſi palpitationi cordis ſuper-
eniat pulſus ſenſim remittens, imminentis ſyn-
opis ſignum eſt: quæ ex malo hypochond. aut
orbuto frequentior quidem eſt, ac ſæpiùs reci-
ivans: levior autem reliquis ſpeciebus. ſi diutiùs
fligat ſæpiùſque redeat periculum ſubeſt mortis
epentinæ. *ex obſ. Gal.* omnes, qui juvenes aut

in

in declinante ætate ſani ſinè ullo manifeſto ſymptomate palpitatione cordis correpti ſunt, ante ſenectutem moriuntur.

Indicat. Pro cauſar. varietate variant.

In *Curat.* I. Paroxyſmo fortiùs urgente V. S. convenit pro motu ſanguinis reſtituendo præſertim ſi ſubjectum plethoricum aut affectus oriatur ex terrore vel ſanguinis nimia effervescentia è ſalibus heterogeneis & ſylveſtribus in ſero vel ſanguine turbam cientibus. *Galen. 5. de loc. aff. c. 2.* fatetur, ſe nunquàm inutiliter V. ſecâſſə in palpitatione cordis. cùm licèt non ſemper profit ratione cauſæ, conducat tamen ratione effectus ad arcendam ſuffocationem: in gravidis quoque V.S. circa medium geſtationis tempus optima eſt.

II. Utiles ſunt clyſt. lenient. & carminat. frequenter injecti, evacuantia per epicraſin ex infuſ. *ſenn. rhab. mechoac. rad. 5. aper. fl. cord. cort. cit. ſem. fæn. cinam. &c.* vel *pil. aloet.* vel *tart. querc. extr. melanag. marocoſt. &c. cum tinct. tart. formatis.*

III. Extra paroxyſ. cæteris omnibus palmam præripiunt *martial. & acidul.*

IV. Conveniunt in paroxyſ. epileptica opiatis mixta & præcipuè cordial. ùt v.g. in forma *Elect. ℞. conſ. fl. borrag. p. iv. conſ. alk. p. 1. M. l. ℞. conſ. roſ. rub. vitriol. unc. iv. pulp. cit. cond. unc. ij. condit. cort. cit. unc. 1. s. fl. cit. condit. unc. 1. magiſt. Corrall. perl. à. ſcr. ij. conſ. alk. de hync. à dr. ij. ſyr. gran. dulc. q. ſ. M. f. Elect. l. ℞. conſ. meliſſ. anth. Borrag. fl. tun. à. unc. 1. confect. alk. ther. vet. à. dr. 1. ſpec. diamb. diamoſch. d à. ſcr. 1. cum*

ſyr.

ır. de cort. cit. ſ. q. M. f. Elect. in forma julep. ℞.
r. rub id. unc. 1. confect. alk. ſcr. ij. ſp. roſ. ſcr. 1.
q. ceraſ. nig. unc. iij. ſp. vitriol. q. ſ. M. l. ℞. aq. cord. fr.
ɔſ. fl. arant. cinam. cydon. à. unc. 1. s. ſyr. fl. tun.
nc. 1. ſp. roſ. dr. 1. s. conf. alk. dr. ij. M. dentur
ochl. 2. per intervall. Ex ſimplicibus hîc ſpectant
. cc. tinct. Corrall. Elix. vit. Matth. aq. carbunc.
ur. potab. eſſent. amb. croc. caſtor. interim no-
ndum ſalia volatilia oleoſa in paroxyſmo ex-
ibita in quibuſdam hypochondriaeis l. hyſtericis
enus nervoſum ſubinde fortiùs afficere ac paro-
yſmum exaſperare. in forma rotul. proſunt ro.
ul. ex ſucc. cit. & conf alk. cum ſacch. l. ℞. mag.
orrall. perl. à. dr. 1. conf. alk. dr. ij. ol. deſt. ci-
am. gut iij. cit. gut. ij. ſacch. albiſſ. in aq. Carbunc.
ol. unc. ij. l. q. ſ. M. f. rot. in forma morſell. ℞.
onf. alk. de hyac. à. unc. s. pulv. cord. Timæ. dr. ij.
ondit. cort. cit. unc. 1. s. fl. cit. dr. vj. ſp. roſ. rub. id.
. dr. 1. ſacch. inſucc. cit. ſol. lib 1. M. f. morſ. aſperg.
l. deſt. nuc. moſch. in forma pulv. ℞ Corrall. rub.
p. marg. p. p. à. dr. ij. bez. ut. à. dr. s. ſuccin. al-
iſſ. ſcr. ij. amb. ſ. 1. M. f. pulv. cujus doſ. dr. s bis
die. proſunt & ſpec. de gemm. frig. de hyac.
&c.

V. Extrinſecùs conveniunt ung. regioni cordis
pplicata v. g. ℞. ung. roſ. unc. ij. ſpec. pro Epith.
ord. ſubtiliſſ. pulv. dr. 1. diamb. dr. s. camph. ol.
eſt. lig. Rhod. a. ſcr. 1. M. l. ℞. ung. roſ. pomat.
. dr. ij. ol. lig. Rhod. gut. vij. charyoph. cit. à. gut.
v. ſpec. cord temp. ſcr ij. moſch. gr. iij M. f. Balſ.
. ol. nuc. moſch. expr. dr. iij. ſtyac. calam. dr. 1. s.
l. deſt. roſ. gut. xiij. cit. cinam. à. gut. ix. nuc. moſch.
gut.

gut. vij. Charyoph. gut. v. amb. moſch. a. gr. iv. M. in forma *Emplaſt.* valet applic. *gfect. alk.* ſuper pann. ſcarlat. l. *theriac. cum aq. anhalt. l. carbunc. l.* ℞. *midrith. opt. unc. s. ſpec. pro Epith. cord. ſcr. iv. Camph. ſcr. s. vin. opt. l. aq. cinam. cochl.* I. à Foreſt. laudatur *meliſſ. virid.* & *fl. borrag. cum aq. roſ.* & *tantillo acet. irorat. ac calidè cordi admota* in forma *Epithem.* ℞. *aq. meliſſ. lib.* I. *fl. cit. roſ. à. lib. s. ſpec. cord. temp. dr. ij. diamb diamoſch. à-dr.* I. *ſucc. cit. unc. iij. acet. roſ. unc.* I. *vin. alb. lib. s. M. pro Epith.* quod ſpiritus ſubito reficit l. ℞. *aq. fl. namph. carbunc. meliſſ. à unc. ij. acet. fl. tun. unc.* I. *croc. dr. s. conf. alk. dr.* I. *M.* ℞. *aq. meliſſ. borrag. bugl. à. unc. iij. acet. fl. tun. unc.* I. *ſpec. pro epit. cord. dr.* I. *s. gr. kerm. pulv. dr. s. croc. camph. à. ſcr.* I. *album. ov. conquaſſ. N.* I. *M.* in forma *ſaccul.* prodeſt *nodul. ex croc.* & *camph.* circa cordis regionem ſuſpenſus, vel ℞. *roſ. rub. fl. anth. à. dr. ij. lavend. dr.* I. *ſem. Angel. cort. cit. Charyoph. cinam. mac. à. dr. s. croc. ſcr.* I. *amb. moſch. a. gr. vj. cum ſind. rub. f. ſaccul. irrorand. vin. alb.* & *aq. roſ.* ac tepidè cordi applicandus.

Diæta aër ſit purus, cibi boni & laudabilis ſucci, juſcula condiantur *croc. mac. cinam.* gelatinæ etiam hic maximè conveniunt, utì & *chocolata.* fugiantur cibi flatulenti, craſſi, acres, ſalſi, aceſcentes, fructus horarij. potus ſit vinum tenue, odorat. aq. dilut. nî quid obſtet: vel decoct. *chin. ſantal.* alvus ſit aperta, exulent ira & venus; in motu & ſomno *nè quid nimis.*

Im-

Imbecillitas virium & animi deliquium.

NOm. *Imbecillitas virium*, Schwachheit/ Krafftloſigkeit. *animi deliquium* dictum etiam *aureo ſolutio naturæ. ſenecæ conciſura. paracelſo cordis paralyſis & fulmen microcoſmi. ſcaligero ſpirituum abtractio* Ohnmacht.

Defin. Imbecillitas virium eſt languor virium ucceſſivus morbos nunc concomitans, nunc antecedens, nunc & ſubſequens cum pulſu parvo debili, tardo. motûs & omnium actionum torpore. nimi deliquium eſt præceps ſubitúſque virium mnium, maximè autem vitalium lapſus cum pulu plùs minùs debili, diminut. vel abolito dependens ex denegata irradiatione & influxu ſpirituum ital. utì & an. ecclypſin etiam exinde patientum in totum corpus.

Gen. Eſt ſymptoma actionis vitalis diminutæ el abolitæ.

Subject. Primarium eſt cor una cum ſpiritibus ital: ſecundarium totum corpus.

Differ. Alia talis dicitur per *reſolutionem* orta cauſis reſolventibus & in hac pulſus eſt continuus, parvus, languidus, ac valde frequens, alia per *oppreſſionem*, *gravationem* ſeu *ſuffocationem* nfeſtans cum pulſu vario, confuſo, ac variis modis inæquali. alia eſt *inceptanea* animi defectio accidens cum perfrigeratione partium extremar. & exſolutione virium abſque tamen ſudore, vox etiam & ſenſus nec planè intercipiuntur, atque

hæc,

hæc, si sit infimus ejus gradus *ecclysis* : si fortior *lipothymia* s. *lipopsychia* dicitur : alia prædictis *gravior*, in qua omnes vires simul repentè concidunt, vox, sensus & motus intercipiuntur, pulsus debilissimus est vel omnino abolitus, extrema frigida, color faciei pallidus, cadaverosus, sudor frigidus in temporibus, cervice & pectoris fovea, hæc dicitur *syncope* & extremus gradus *asphyxia*. it. animi deliquium aliud est *cardiacum* corde primariò affecto : aliud *stomachicum* orificio ejus ex acribus succis præsertim æruginosis irritato, infestans simul cum anxietatibus & inexsplicabili molestia circa ventriculum : aliud *hysterícum* exortis hinc inde spasmis cor quoque in consensum trahentibus, illúdque in continua systole detinentibus.

Caus. Imbecillitatis virium eædem sunt, à quibus animi deliquium inducitur, si sensim & successivè agant præcipuè autem vitiata crasis M. S. viscosioris, & glutinosioris impedientis debitam fermentationem, & spirituascentiam, s. id fiat ob particulas spirituosas salino-sulfureas obrutas ex cruditate chyli plùs minùs acida, s. sanguis effætus & vappidus reddatur ob particulas sulfureas nimis deflagratas aut depressas : hinc in scorbuto vires subinde adeò imbecilles, ac convalescentibus à morbis acutis, præsertim si tantillum in diæta peccent.

Caus. Animi deliquij sunt vel defectus spirituum tam vitalium, quam anim. s. ob defectum materiæ post copiosas hæmorrhag. s. ejus coagulationem, infectionem à pure, cruditatem & ineptitudinem

linem ad fermentationem & ſpirituaſcentiam ſ. mpeditam ejus circulationem in ſyncope cardia- a, ſ. ob cordis generantis affectus tam eſſentia- es ùt abſceſſus, vulnera &c. vel ſpirituum diſſi- atio à cauſis externis, vel eorum ex irritatione liqua in motu exorbitantia, ut vel aliò deferan- ur, vel cor in continua ſyſtole detineant, utì con- ingit in morbis convulſivis partium internarum, el ſpirituum corruptio à materia maligna, vene- ata, vel peculiaris eorum affectio per odores in- ratos, vel alias certas idioſyncraſias, vel tandem orum oppreſſio, concentratio, & ſuffocatio ùt in errore ſubitaneo.

Cauſ. diſpoſitiv. Sunt homines debilitate quâ- am ſ. nativâ, ſ. aſcititia à morbo aût alio caſu ræditi, puſillanimes, fæminæ potiùs quàm ma- es, virgines menſtrua patientes, mulieres gra- idæ, quæ ſunt raræ texturæ, hyſtericæ, icteri- i, ſplenici, melancholici &c.

Cauſ. extern. Sunt calor inſignis, æſtus acris, ër venenatus, motus corporis nimius, ira, gau- ium, terror. vigiliæ, inedia, venus, dolores & vacuationes nimiæ quæcunque, morſus & ictus enenatorum anim. peculiares rerum antipathiæ.

Sign. diagnoſt. Imminentis deliquij ſunt, im- roviſa anxietas, animi perturbatio, capitis gra- itas, viſûs caligo, ac tenebræ oculis obverſan- es, ùt & colores varij flavi & virides, vertigo, innitus aurium, pallor faciei, loquelæ impoten- ia, pulſus frequens.

Signa præſentis dicta in definit. nempe præceps irium lapſus, ſenſûs & motûs privatio, pulſus

rariſſimus, formicans, obſcurus, intermittens ac tandem abolitus, ſummus faciei pallor, corporis frigus, ſudor ſyncopticus: ſæpiùs etiam urinæ & excrementorum alvi ſpontaneus effluxus.

Proguoſt. Sinè cauſa manifeſta languidi in morbos inclinant. reconvaleſcentes præſertim à morbis acut. diu languidi vel cachexiam, vel recidivam incurrunt. in morbo quocunque præter manifeſtas cauſas mox ſuperveniens ſumma virium fruſtratio ſignum eſt morbi maligni. lipothymiæ quævis plùs minùs periculoſæ, prout magis vel minùs durant, utì etiam prout cauſæ antecedentes graviores vel leviores.. *Hip. 2. aph. 41.* ait: *qui frequenter & vehementer citra manifeſtam cauſam animo linquunt, derepente moriuntur.* Syncopizantes, ſi poſt exhibitionem ſpirituoſorum poſt irrotationem faciei cum frigida, poſt ptarmica ad ſe non redeant ſummum portendit periculum. ſyncope, quæ fit à cauſa reſolvente periculoſior eſt, quàm à ſuffocante, nisì cauſa ſit venenata, ac peſtilens. ſudor frigidus ſyncopizantibus ſuperveniens, quò copioſior ac frigidior, eò ſtatus ægri periculoſior.

Indicat. Variæ pro varietate cauſar. in imbecillitate virium acidum corrigendum, bilis acuenda, ventriculus reſtaurandus, ſanguinis glutinoſitas attenuanda, & ejus fermentatio promovenda. in deliquio ſpiritus deficientes reſtaurandi, ſopiti excitandi, languentes vegeti, & volatiles reddendi, flammula vitalis accendenda, exaltanda, ſanguiniſque æqualis fermentatio conſervanda.

In Curat. In imbecill. vir. præter analeptica in-
riùs in diæta proponenda maximè conveniunt
ordialia, quæ, vel ſunt ſpirituoſa, ſulfurea, aro-
matica, ac oleoſa, quibus tamen quandoque cau-
utendum in hyſtericis quibuſdam, vel maribus
tteratis, qui ſvaveolentia ob rariorem ac ſubti-
orem ſpirituum texturam commodè ferre ne-
queunt, vel ſunt ſalina, volatilia, actia, urinoſa,
el acida, volatil. acria, vel præcipitantia. quo-
um pleraque propoſita *de palpit. cord.* his add.
q. ut *Elect.* v. g. ℞. *conſ. pulp. cit. unc. ij. roſ. rub.*
nc. i. confect. alk. unc. s. ſp. vitriol. dulc. gut. xxv.
r. acetoſ. cit. q. ſ. M. f. El. l. ℞. *conſ. borrag.*
etoſ. cit. à. unc. i. s. ſucc. lim. rec. dr. ij. conſ.
k. dr. s. ſpec. de hyac. lætif. à. ſcr. ij. eleoſach. ci-
nam. ſcr. i. cum ſ. q. ſyr. fl. tun. M. f. Elect. in
orma julep. ℞. *aq. meliſſ. cum vin. deſt. unc. iij.*
lix. vit. Matth. dr iij. conf. alk. dr. i. ſyr. fl.
n. dr. vj. M. in forma *aq. Cordial.* quæ fre-
quentiſſima ℞. *aq. borrag. bugl. à. unc. i. s. ce-*
ſ. nig. acetoſ. à. unc. i. roſ. cinam. à. dr. vj. marg.
v. ſc. i. ij. lap. bez. or. gr. vj. man. Chriſt. per-
t. dr. vj. M. ℞. *aq. 4. cord. ceraſ. nig. à. unc.*
cit. ex tot. fl. namph. à. unc. s. cinam. bugl. dr. iij.
arg. orient. p. p. ſcr. ij. mag. Corrall. ſcr. i. cc. uſt.
v. l. mat. perl. ſcr. i. man. Chriſt perl. dr. iij. M.
ldi etiam poſſet *dr. i. conf. alk. item ſpec. de*
mm. dc hyac. fragm. s. lap. pret. &c. in forma

Emulſ. perlat. ℞. *aq. borrag. è flor. lib. 1. marg. p. p. dr. iij. aq. cinam. unc. ſ. M. in mort. marmor. l.* ℞ *amygd. excort. dr. vj. ſem. 4. fr. m. à. dr. ß. aq. borrag. unc. iij. cord. fr. unc. 1. cinam. bugl. unc. ſ. M. f. emulſ. add. magiſt. perl. l. marg. p. p. dr. 1. ſacch. q. ſ. M.*

Extrinſecùs conveniunt odoramenta ùt v.g. in forma *aq. odorif.* ℞. *aq. roſ. unc. ij. lavend. cinam. Elix. vit. M. à. unc. 1. ſ. acet. fl. tun. unc. ij. roſ. unc. 1. ſ. ſpir. roſ. dr ij. ſ. M. inſerviat. pro naribus, pulſibus, & regione cordis.* ℞. *aq. roſ. opt. unc. ij. odorif. fuchſ. unc. 1. ſp. cephal. anhalt. dr. ſ. acet. roſ. rub. id à. unc. ij. moſch. gr. ij. M.* in forma *nodulor.* ℞. *fol. meliſſ. pj. cinam. mac. Charyoph. galang. à. ſcr. ſ. impl. 2. nodul. ex ſind. alb. priori aqua madefac. & pulſ. applic. l.* ℞. *ſpec. cord. temper. dr. iij. fl. roſ. rub. lavend. à. dr. 1. moſch. gr. iv. M. f. 2. ſaccul. pro puls. madef. ſeq. aq.* ℞. *aq. roſ. lavend. à. unc. iij. aq. cinam. unc. ſ. acet. roſ. dr. x. croc. ſcr. ſ. camph. gr. v. M.* in forma *ſaccul. pro cord. & epithem.* vid. *de palp. cord.* ℞. *ſpec. pro epith. cord. ſcr. iv. pulv. roſ. rub. lig. alo. ſpec. cord. temp. à. ſcr. 1. ſ. aq. roſ. unc. iij. meliſſ. lavend. à. dr. vj. acet. roſ. unc. 1. croc camph. à. ſcr. ſ. M.*

In paroxyſmo deliquij æger ſupinus in plano collocetur, aqua frigida ex ore faciei inſpergatur, con-

concitetur ſternutamentum, in os imittatur *vin. generoſ.* vel *aq. imperial. cinam. elix. vit. naribus admoveatur ſp. ſal. armon. acet. fl. tun. rut. roſ. aq. carbunc. ſp. lil convall. balſ. apopl. pan. rec. è furno extract. ſal. labijs & dentibus affricetur, volæ manuum & plantæ pedum rutâ fricandæ.* Præterea fiat vociferatio, narium compreſſio, digitorum contorſio, pilorum evulſio, frictio narium, temporum & labiorum *cum aq. ſpirituoſis.*

Ratione cauſar. in ſyncope ſtomachica interdum vomitus provocari poteſt admotis tamen in ipſo vomitionis actu odoribus penetrantibus. ſi vomitus non videatur tutus, clyſma paulò acriùs injiciendum. ſi ex hauſto veneno, convenit vomitus, nunc alexipharmaca & epiceraſtica. ſi ex nimijs evacuationibus & ſpeciatim purgatione nimia, convenit *ther. rec.* vel *antiq. cum gr. 2. laud. op. in vin diſ.* vel mixtur. *ex aq. ment. cinam. ſp. theriac. & conf. alk. clyſt. ex lact. chalyb. cum vitell. ov. & phil. rom. mica. pan. vin. madid.* vel *vinum ipſum.* ſi ex terrore convenit V. S. ac volatilia ſpirituoſ. ſi ex nimia ſanguinis evacuatione optima ſunt *opiata acidis juncta cum pulv. corall* in affectibus convulſivis & hyſter. conveniunt *ſal. vol. ſuccin. caſtor.* ſi immineat à V. S. imponatur. æger ſupinus pavimento, ori indatur ſal commune, quo etiam labia fricentur, nares comprimantur. Lipothymiæ obnoxijs dorſo cubantibus V. ſecetur aſſumpto priùs juſculo, ori indatur *ſal*, vel labia eodem fricentur, aut *aq. frig.* ore teneatur, ſæpiúſque exſpuatur.

Dieta. Aër ſit ſerenus, purus, lucidus, frigi-

dior, cibi optimè reſtaurantes, liquidi & facilis diſtributionis ùt *juſcul. cum conf. hyac.* vel *alk. deſtillata reſtaurantia. conſum. contuſ. gelatin. ov ſorbilia* maximè prodeſt ſucc. carn. vervec. ſemiaſſatæ, ſorbitio ex vitell. ov. cum vin. ſacch. & cinam. &c. ægri non diu maneant jejuni. potus ſit decoct. *carn. gallin.* das Hennen Brat-Waſſer. vel *vin. generoſ.* nî quid obſtet: hinc etiam delibari poteſt tantillum *vin. hiſpan.* vel *malvat. intincta in id mica pan. triticei.* vel *vin. hippocrat.* v. g. ℞. *cinam. acut. unc. iij. mac. caryoph. à. dr. ij. cardam. min. dr. i. s. cort. cit. dr. i. vin. alb. gen lib. vj. ſtent. in infuſ. in loco calid. per trid. col. dulc. ſacch. alb. unc. x. col. iterum bis l. ter per manic. hipp.* in cauſ. calid. detur *aq font. cum ſucc. limon. & ſach.* vitetur motus nimius, ſomnus ſit moderatus, affectus animi ſanæ rationis imperio coërceantur.

Venenum.

NOm. *Venenum, toxicum.* Gifft.

Defin. genericè & in ſenſu latiori ſumptum eſt omne id, quod corpus citra externam violentiam violenter deſtruere aptum natum: in ſpecie & magis ſtrictè eſt id, quod per ſe etiam ſub mole minima vi occultâ & machinæ humanæ peregrinâ & deſtructoriâ corpori, ejúſque principijs vitalibus ſummè nocivum.

Geu. Inducit primariò morbos totius ſubſtantiæ & occultæ qualit. ſecundariò etiam alios præſertim ſi venenum ſit cortoſivum.

Subject. Frequentius eſt cor cùm ſpiritibus vi-

tal,

tal, hinc ponere venena placuit ad affectus cordis, ſubinde & cerebrum cum anim. ſubinde etiam aliæ partes. in venenis particularibus ùt pulmo reſpectu leporis marini, veſica reſpectu canthari-dum &c.

Differ. Variæ, aliud enim eſt *extrinſecum* corpori illatum: aliud *intrinſecum* in eodem productum: illud propriè dicitur vonenum: hoc malignum & veneno analogum: aliud eſt, quod *inſpiratu* lædit: aliud quod *hauſtu:* aliud quod *contactu:* aliud quod *ictu* vel *morſu*: aliud eſt magis *activum & præſentaneum*, quod exiguo temporis ſpatio interficit: aliud *lentum & temporaneum*, quod remiſſioris eſt efficaciæ: aliud eſt venenum *homini tale:* aliud *brutis.* multa ſiquidem homini ſunt venena, quæ alijs animantibus in alimoniam cedunt ùt cicuta reſpectu ſturni, ſerpentes reſpectu cervi &c. aliud eſt *univerſale* reſpectu omnium animantium ùt *arſen. mercur. ſublim.* aliud *particulare ſ. ſpeciale*, quod nunc huic, nunc illi tantùm parti adverſatur: aliud eſt, quod inficit magis partes *ſpirituoſas.* aliud *humidas:* aliud magis *ſolidas:* aliud eſt *vegetabile* ùt *aconit. cicut. napell.* aliud *animale* ùt *ſcorpius*, *vipera &c.* aliud *minerale* ùt *arſen. mercur. ſublim. cobalt.* aliud ſimul *corroſivum*, quod ventriculo eſcharam & necroſin inducit: aliud *fermentativum*, quod motum p. n. eúmque vel abſolutè lethalem, vel ſummè periculoſum in M. S. inducit: aliud *vaporoſum*, quod ſpiritus præſertim anim. obnubilat, ſuffocat ac deſtruit: aliud *mixtum.* ſic venena *mineralia* primariò agunt vi cortoſivâ & ſpeciali ſub-

ſubtiliſſimâ acrimoniâ acidâ irritante : ſecundariò etiam peregrinâ fermentatione & ſequente ſpirituum turbatione : venena *animalia* vi peregrinâ fermentativâ agunt : *vegetabilia* nunc & quidem potiſſimùm vaporoſitate peregrinâ ex ſulfure impuro, mucilaginoſo nervis inimico, nunc etiam colliquatione humorum, nunc etiam irritatione per vim quaſi cauſticam. venenum in corpore genitum nocet fermentatione, & ſi peſtilens, ſingulis junctim.

Sign. diagnoſt. Virium præceps lapſus, pulſus frequens vel diminutus, palpitationes cordis, lipothym. anxietates, cardialgiæ, vertigines, tremores, ſingultus, morſicationes & dolores ventriculi & inteſtin. ſitis, urinæ ſuppreſſ. vomitus materiæ pravæ, quæ cani cum cibo exhibita eum vel inſigniter lædit, vel mori facit, ſubinde etiam diarrhæa, dyſenteria, ſuccedunt ſudores frigidi, lingua intumeſcit, labia nigricant, inflammantur, interdum totum corpus intumeſcit, ſubinde & maculæ in corpore erumpunt, poſt mortem etiam corpus colorem citrinum aut ſubviridem, hinc lividum vel nigrum acquirit. diſtinguitur veuenum hauſtum ab intus genito, quod hoc non ſubitò afficiat, ſed ſymptomata paulatim ſuperveniant, nec omnia ſimul appareant, ſéque plerumque prodat cum febre, habeat etiam nonnunquam certas periodos & remiſſiones, neque corpus ſanum & bonis humoribus abundans, cibíſque bonis nutritum ſubitò infeſtet, ſed cacochymicum. præterea ſi vagentur morbi epidemij veneni hauſti minor erit ſuſpicio. venena temporaria diffi-

ci-

cilioris ſunt cognitionis, ſui tamen conjecturam faciunt tum in ipſa ſumptione, tum poſt ipſam, quatenus ægri plerumque in diuturnos morbos, quorum nulla cauſa manifeſta reddi poteſt, incidunt, ùt v. g. fatuitatem inſaniam, epilepſiam, paralyſin, dolores vagos, tabem, &c. venena morſu illata auriginem inferunt, dolorem, ardorem, inflammationem, & mortificationem partis inducunt.

Prognoſt. Morbi omnes à veneno illati periculoſi ſunt, & nisì idonea remedia ſtatim adhibeantur, homini nunc citiùs, nunc tardiùs mortem inferunt: econtra ſi venenum vel foràs è corpore expellatur vel in locum aliquem ignobilem propellatur cum ſymptomatum remiſſione, ſalutis ſpes eſt.

Indicat. Sunt venenum è corpore expellere per eam viam, per quàm corpus ingreſſum, illúddque idoneis alexipharmacis expugnare.

Curat. fit I. In veneno ore ſumpto excitando vomitum, & quidem per leniora, eáque quæ ſimul lentorem obtinent, ut ſi quæ veneni acrimonia & vis corrodendi, illa obtundatur. parantur talia *ex juſcul. ping. ol. amygd. d. butyr. in cereviſ. tepid. diſ. &c.* ſi venenum jam ad inteſtina deſcenderit quod ex torminibus, ventris ardore & inflatione præſumitur clyſt. agendum *ex lact. cum paſſ. & tantillo ſach.* vel ℞. *rad. alth. dr. iij. verb. malv. cum tot. violar. lactur. endiv. à. mj. fl. chamom. verbaſc. à. m. s. ſem. 4. fr. à. dr. ij. pſyl. dr. iij. coq. ex ſ. q. aq. hord. in col. diſſ. ol. oliv. unc. j. roſ. unc. 1. M.*

II. Alijs etiam epicerasticis veneni corrosivi vis infringenda ùt *aliment. ex crem. hord. oryz. in lact. coct. pulticul. ex amyl. jusc. ping. decoct. altb. edulia. pulv. tragac. conspersa, lac. dulc. cum mell. ros. pitissat. emuls. sem. frig. amygd. pinear. cum troch. de alkek.* lambitiv. v. g. ℞. *sem psyl. cydon. malv. à. dr. iij. tragac. unc. s. aq. plant. q. s. extr. mucilag. cui add. troch. de alkek. dr. iij. syr. viol. q. s. M.*

III. Veneno evacuatio danda statim alexipharmaca vel propria si ad manum sint, & veneni natura cognita, de quibus consule *senert.* vel communia ùt *orvietan. el. de ov. diascord. ther. cum ter. sig. & smaragd. lap. bez. unicorn. cc. mixt. s. cryst. pp. tinct. & acet. bezoart. spec. liberant. bezoart. solar. mins. &c.* Aliáque in febrib. malig. & peste proferenda. v. g. ℞. *theriac. dr. 1. detur acet. solut.* ℞. *aq. scord. card. b. à. unc. 1. s. ther. andr. dr. ij. sal. vol. cc. scr. s. mixt. s. seu tinct. bez. dr. s. syr. de scord. q. s. pro dulced.* ℞. *aq. galeg. scord. card. b. à. unc. ij. s. pulv. rub. pannon. elect. orviet. à. scr. iv. l. terr. sig. unicorn. foss. à. scr. s. syr. fl. tunic. unc. 1. l. man. Christ. q. s. M.* in veneno per ictum vel morsum communicato vid. infrà de vuln. ven. in veneno in corpore genito de feb. malig.

LI-

LIBER IV.

De

Affectibus Ventriculi.

Inappetentia.

NOM. *anorexia, asitia, apositia, inappetentia* Unluſt zum Eſſen/verlohrner Appetit. *Defin. & Gen.* Eſt appetitus plùs minùs abolitus vel diminutus dependens ex defectu vellicationis in orificio ſtomachi ſenſibili.

Subject. Eſt ventric. unacum fermento ſuo gaſtrico & calore: præcipuè autem quoad tunicam ſuam rugoſam & ſuperius orificium ventriculi.

Differ. Alia *dicta in definit.* alia *dicta cibi fastidium* ein Grauſen ob den Speiſen. In qua præter inappetentiam inſuper nauſea & horror alimentorum concurrit: alia *eſſentialis*: alia *per conſenſum.*

Cauſ. intern. Hærent vel in fermento volatili acido digeſtivo ventriculi, dum vel varijs ex cauſis deficit, vel obruitur & enervatur à cruditatibus in ventriculo ſtabulantibus, aut materia viſcida pituitoſa, vel iners & inefficax redditur à materia bilioſa nidoroſa &c. vel in orificio ſtomachi, dum vel nervi ipſius malè afficiuntur ſ. per eſſentiam ſ. per conſenſum ùt in colica, nephritide, hernijs &c. vel ſpiritus an. dum vel deficiunt vel narcotici & ſtupidiores redduntur, quò ſpectat uſus fumi tabaci appetitum imminuentis vel motus

tus eorum immutatus, ut partim non dirigantur ad ſtomachum, partim vehementius in cerebro commoti non recipiant impreſſiones in orificio ſtomachi factas ùt in delirijs, triſtitia, terrore, magnis doloribus, triſti nuncio &c. l. tandem cauſa hæret in calore ventriculi aut partium coadjacentium langueſcente.

Cauſ. extern. Sunt aër nimiùm calidus, alimenta vel copiâ peccantia, vel qualitate ùt pinguia, cruda, coctioni rebellia, multa potatio vini meri aut ſp. vin. acidum gaſtricum deſtruentis & dulcificantis: hinc vini potatores vix quidquam ampliùs comedunt, donec hydropici fiant, animi pathemata ùt ira, terror, amor, nimium gaudium, triſtitia, ſuppreſſ. menſ. &c.

Prognoſt. In quocunque ægri articulo, veriſſimus eſt textus *Hip. 2. aph. 33. in quovis morbo mente conſtare, rectéque ſe habere ad ea qnæ aſſumuntur, bonum: contrà verò ſe habere malum.* Faſtidium cibi magis funeſtum eſt exortum à caloris nativi exſolutione & acidi defectu vel extinctione quàm ex cacochymia, hinc appetitus in principio & ſtatu morbi cacochymici dejectus non adeò malum ſignum, modò in declinatione redeat: quodſi non redeat præſertim poſt quaslibet febres curatas recidivam minatur. appetitus planè abolitus etiam in principio febris malig. ſignum malum virium nempe uno ictu proſtratarum. pejus ſignum eſt, ſi nihil appetant ægri, quàm ſi appetant & allata faſtidiam: fatale ſignum eſt ſi ægri ſummè debiles appetant ſubitò alimenta, quæ antea faſtidierunt. in pueris inappeten-

ia gravior eſt, quàm in alia ætate *Hip. 7. aph. 6.* it: *in morbo diuturno cibi faſtidium malum, & um febe pejus.* id. *6. aph. 3. in longis inteſtinorum difficultatibus cibi faſtidium malum & cum febre ejus.* anorexia omnimoda periculoſa vires dejiciens & ſanguinem effætum ac vapidum reddens nde icteri, cachexiæ, hydrops aliique plures morbi: immo mors ipſa, cùm vita ſine cibo teſte Hipp. ultra 7. l. ij. protrahi nequeat, quod tamen non eſt perpetuum.

Indicat. Sunt vitioſa in ſtomacho hærentia evacuare, pituitam viſcidam incidere, attenuare, detergere, bilem temperare, ventriculum roborare ejúſque tonum conſervare.

Curat. fit I. Evacuantibus vel per vomitoria ùt *ſyrup. Emet. A. S. ab unc. s. ad. 1. l. tart. em. ℞. tart. em. gr. ij. antim. diaph. gr. vj. ſal. abſint. gr. iij. M. ℞. crem. tart. ſcr. 1. ſcam. ſulph. gr. xj. tart. em. gr. 1. ij. iij. M. l. vitriol. ℞. vitriol. alb. p. p. ſcr. ij. oxymel. dr. ij. aq. deſt. icch. unc. 1. s. M. l. per croc. metall. ℞. croc. metall. à. gr. vj. ad xij. cbull. in ſ. q. vin. alb. col. per chart. emporet.* vel per purgantia ùt *pilul. f. f. Emanuel. aleoph. maſtich. aggreg. cum l. ſine ſtimulo* vel nodul. ℞. *rad. ennul. fænic. charyoph. polyp. q. à. dr. ij. herb. abſint. card. b. byſſop. marrub. à. m. s. fol. ſenn. ſ. unc. 1. agar. troch. dr. iij. Rhab dr. ij. cinam. dr. 1. galong. ſcr. ij. cum ſind. alb. f. ſaccul. pro menſ. vin. l. bibatur de ſeq. ſuavi vino medicato purgante.* ℞. *fol. ſenn. ſ. unc. s. l. dr. vj. zz. inciſ. dr. s. galong. ſcr. s. nuc. moſch. raſ. ſcr. 1. ſumit. abſint. vulg. p. 1. l. ſi palato non arrideat fol. ſalv. roriſm. à. pj. l. cort. cit.*

cit. extr. dr. 1. excip. sind. & infund. in vin. alb. Necar. lib. 1. s. l. ij. dos. m. unc. vj. post assumptum jusculum calid. sine pane l. ℞. *fol. senn. j. unc. 1. s. agar. troch. unc. s. rad. mechoac. crassè pulv. unc. s. ZZ. incis. dr. 1. s. herb. beton. card. b. agrim. sumit. absint. à. pj. cort. cit. incis. dr. 1. s. ad saccul. ex sind. alb. pro lib. iij. vin. alb.*

II. Roborantibus & appetitum cientibus ùt in causa frig. *elix.* & *ol. dest. ment. ess. syr.* & *sal. absinth.* præcipuè, hinc seq. pulv. vix præstantiùs remedium ℞. *sal. absint. tart. vitriol. à. unc. s. cort. flav. arant. dr. 1. M. f. pulv.* prosunt quoq; *aromata omnia præsert. piper. & cinã, sic laudatur aq. cinã. cũ myv. cyd,* vel *syr. ment. absint. corall. cũ modico amb.* utiliss. sunt *zz.* & *Zedoar.* it. *rad. acor.* vel *in pulv.* vel *minutim. incis. cum cochl. sp. junip. sp.* & *aq. mastich.* vel *mastix. sumpt. quotidie ex ovo sorbil. cum pauco cinam.* vel *ZZ. elix. prop. Par. ad. gut. xij. xv.* vel *solum* vel *mixtum cum ess. absinth. sp. sal. arm ol. mac. &c. pulv. stomach. queri birkm.* vel seq. ℞. *rad. aron. sicc. pulv. unc. ij. sal. armon. unc. s. rad. calam. arom. dr. ij. cinam. mac. à. dr. j. Charyoph. scr. 1. M.* nodul. in vin. infund. præsertim in declinatione morbor. obsalivam viscidam & glutinosam v. g. ℞, *rad. acor. ver. unc. ij. ennul. unc. 1. ment. crisp. miij. Zeduar. dr. vj. M. ad nodul. vin. infund.* teste River. & Thoner. seq. decoct. maximè profuit

in

n Inappetentia. ℞. *rad. cichor. herb. abſint. Rom.*
ard. b. à. mj. cent. min. M. S. coq. in vin. & aq.
ich. à. menſ. dimid. ad. 3. p. conſumpt. de quo m. &
. ſumatur hauſtus. datur etiam *aq. claret. River.*
oſa ſolis ſal. vol. oleoſ. ad. gut. xxx. excyath.
in. alb. chocolat. cum malvat. amb. cum ſach. præ-
ertim in inappetentia ex debilitate ventric. *ther.*
et. tabell. *arom. roſ.* vel ℞. *pulp. cort. arant. rec.*
ec. arom. roſ. à. dr. ij. ſacch. alb. in aq. fl. arant.
ol. unc. iv. M. f. tabell. l. ℞. *ſpec. pro morſ. imper.*
nc. 1. pulv. ſtom. querc. dr. iij. ſacch. in aq. ment.
ol. q. ſ. f. tab. balſ. perv. ad gutt. aliquot eum vin.
ippocrat. vel *in forma pil.*

In cauſa magis calida proſunt *acidul.* it. *cicho-*
acea, crem. tart. tart. vitr. ſal. eſſential. acetoſell.
alv. epat. rub. myv. ſyr. & ſucc. cyd. cum aq. ment.
inam. & ol. ſulf. ſpirit. vitriol. phil. elix. vitr.
inſ. balneum vel ſemicupium refrig. & hume-
ans bis aut ter repetitum reconvaleſcentes ma-
imè recreat, iiſque appetitum reſtaurat. in af-
ectu inveterato frigido prodeſt decoct. *guajac. &*
ſaph. vel *ſumptæ aq. thermal. ſulfureæ. & ni-*
roſæ.

III. Extrinſecis roborantibus ùt liniment. *ex*
l. nuc. moſch. & balſ. peruv. v.g. ℞. *ol. deſt. ju-*
ip. dr. 1. ment. abſint. à. dr. s. mac. Charyoph.
. ſcr. s. cinam. gut. v. Balſ. peruv. ſcr. 1. ol. nuciſt.
. ſ. pro Balſ. ſtom. probè infricando ſcrobiculo cor-
is prodeſt etiam *cruſta panis toſta vin. malv.*
& acet. ebria, ac conſperſ. cum pulv. Charyoph.

mac.

mac. nuc. moſch. cinam. item *Empl. ſtom. minſ. Zuvelf. craton.* quod præſtantiſſimum ℞. *lad. unc. ij. cer. unc. iv. ol. nuc. moſch. dr. iij. M.* ℞. *Empl. de maſt. unc. i. ſpec. arom. roſ. dr. i. cum ol. nuc. moſch. ſ. q. M. vid. læſ. chylif.* alij *theriac.* emplaſtri loco adhibent. laudantur etiam *pelles vultur.* vel *lepor.* vel *pannus ſcærlat.* in regione ventric. geſtatus.

Diæta ſuppeditet acida in alimentis ùt ſucc. cit. acet. proſunt olivæ capp. abſtinendum ab aqueis, oleoſis, pinguibus, ingratis. pro potu, ni quid obſtet vinum merum concedatur l. abſintit. l. Hippoc. *l. decoct. aniſ. coriand. cinam.* l. ſeq. præſtans aq. decoct. cinam. ℞. *cinam. unc. ſ. crem. tart. dr. vj ſacch. unc. ij cort. cit. rec. dr.* i. *aq. font. lib. ij. ebull.* poſt paſtum utilis eſt pulv. diggeſt. ℞. *Coriand. p. p. unc. ſ. ſem. aniſ. fæn. à. dr. ij. cinam. Caryoph. à. dr. i. ſ. ſacch. ad pondus omnium dupl. M. f. pulv.* de qua cochl. i. ſumatur poſt ſingulos paſtus nihil deſuper edendo l. bibendo.

Fames Canina.

NOm. Fames canina der Hunds-Hunger.

Defin. Eſt continua, inordinata ac ferè inexplebilis fames dependens à vehementi ſuctione in ore ventriculi.

Gen. Eſt ſymptoma appetitûs depravati & p. n. aucti.

Subject. Orificium ſuperius ventriculi.

Differ. Alia propriè *fames canina* dicta quæ cum

VO-

romitu, quandoque etiam cum diarrhæa infestat: dia quæ sæpè desinit in nauseam cum lipothymia & virium dejectione, adeo ut sit quasi inciiens famelicum animi deliquium & dicitur *bulimos s. bulimia* der Kühe-Hunger.

Caus. intern. Est humor acido-austerus armoiiacalis vitriolatus subtilis volatilis orificium ventriculi superius corrugans & vellicans: subinde tiam lumbrici, qui tamen quandoque sunt potùs effectus hujus morbi, quàm causa.

Caus. dispos. Subjecta melancholica, splenetica & hypochond. quibus lympha stomachalis plùs usto acescit & effervescit.

Prognost. Bulimos superveniens morbis chronicis ùt quartanæ, hydropi &c. ferè funestus: uandoque in cachexiam vel hydropem desinit. ost morbos inprimis febres in statu convalescenæ subinde emergit appetentia caninæ similis, uæ quidem sine periculo: non tamen sinè metu ecidivæ.

Indicat. Sunt acidum temperare, evacuare & entriculum roborare.

Curat. fit I. Acidum temperantibus & absorentibus ùt v. g. ℞. *Corall. rub. p. p. marg. p. p. à. r. 1. cret. albiss. scr. s. sacch alb. dr. iij. M. f. ulv. divid. in 6. p. æq. l. ℞. Corall. rub præp. liat. mart. subtiliss. trit. à. dr. 1. lap. canc. carp. à. r. 1. croc. orient. scr. s. M. f. pulv. cujus dos. detur ex vino potent.* tum oleosis ùt *ol. dest. carv. baryoph. aliisque pinguibus.* tum narcoticis ùt *ther. nidrit. vinum* etiam maximè prodest, tum quia cidum dulcificat, tum quia continet in se particu-

las nonnullas ſtupefacientes & narcoticas: unde *Hip. 2. aph. 22.* ait: *famem vini meracioris potio tollit.* poteſt igitur exhiberi præſertim in bulimo *vin. generoſ. malvat.* vel *vin. ſalviat. meliſſat. abſint.* vel etiam *ſp. vin. ment. aut ſalv. River.* etiam laudat uſum *amb. ad gr. 5.* vel *6. ex ov. ſorb.*

II. Ità temperatum & corroſivitate ſuâ exutum acidum evacuandum per leniora. cùm humor acidus non ferat purgantia fortiora. hinc utendum pilul. de hier. l. ℞. *ſpec. hier. ſ. dr. 1. cum aq. cinam. ſ. bol. nebulis involv. ac ſumend. l. ℞. rad. gial. rec. pulv. ſcr. 1. reſin. ſcam. gr. v. ſal. tart. gr. vj. M.* proſunt & vomitor. *ex vitriol. l. ejus ſale.*

III. *Diæta* conveniens inſtituenda abſtinendo ab acidis & exhibendo *vitell. ov. ad durit. coct. canc. fluv. cochl. carn. ſuillam, oryz. cum butyr. coct. extremit. animal.* pro potu detur *vinum*, poſt paſtum utatur *conf. aniſ. fæn. coriand. &c.*

Pica.

NOm. Pica, citta ſeltzamer Geluſt.

Defin. & Gen. Eſt appetitus prorſus depravatus & heteroclitus ſubſtantiæ alienæ præter naturam & rationem alimenti ùt v. g. carbonum, cretæ, calcis, corij &c.

Subject. Ventriculus quoad ſuperius orificium

Differ. Alia *propriè talis dicta* & ſupra definita: alia *malacia* dicta, groſſer ungewönhlicher Luſt der ſchwangeren Frauen / eſtque appetitus vehemens quo prægnantes non quidem alienos ſed conſue-

tos

ros cibos avidiùs tamen & cum animi quasi impotentia appetunt.

Caus. intern. Est humor pravus, corruptus & peculiaris fermentum gastricum vitians, phantasiam per vitiatos spiritus aut eorum motum depravans, eámque ad certum edulij genus appetendum dirigens.

Caus. dispos. Mulieres hysthericæ, prægnantes, obstructione mensium s. chlorosi laborantes; subinde etiam pueri à matre chlorosi laborante nati: rariùs viri melancholici, hypochond.

Caus. extern. Suppress. mens. ingravidatio &c.

Prognost. In gravidis ùtplurimùm circa 4. gestationis mensem suâ spõte cessat. si ejusmodi mulieres ægrotantes ab edulijs pravis abstinere inciperiant, & laudabilibus uti cum minori fastidio, proxima salutis spes est. cæterùm affectus est chronicus non tamen admodum periculosus, præsertim si talia assumantur ordinatè, nec unâ vice nimis copiosè & corpus à natura vel arte quandoque evacuetur ac suppressæ evacuationes redeant: ecus vel graves obstructiones, cachexias & hydropes causatur vel cardialgias, & lipothymias. melius est in hoc affectu acida & acuta appetere, quàm res à natura prorsus alienas.

Indicat. Sunt humorem pravum evacuare, specificis eum corrigere, ac ventriculum roborare.

Curat. fit I. Administrando in gravidis V. S. parcâ manu: utì & in laborantibus suppress. mens. in vitis aperiri possunt hæmorrhoid.

II. Evacuando stomachum vomitorio in non gravidis; in gravidis cautius hoc utendum primis

nempe 3. menſibus in iis, quæ facile vomunt vel etiam per alvum, cautè tamen in gravidis. v. g. ℞. *maſſ. pil. de hier. dr. ſ. pulv. ſyr. gr. vj. ol. deſt. ment. gut. ij. cum ſ. q. ſyr. de abſint. M. f. pil. N. xj. de aur.*

III. Exhibendo remedia ſtomacho grata & appropiata ùt *ſucc. cyd. lim. gran. acid. ſp. vit. philos. aq. pampin. vit. vere exſtillans. cum aq. theriac. & ſucc. cit.* commendatur etiam *pulv. ſtomach. querc. birk. ſyr. de abſint. de cort. arant. magiſt. mat. perl. ebor. cum fœcul. byron. potus vin. gener. cum infus. ment. abſint.* Alij ſpecificè commendant *conſ. roſ. vitr. cum pulv. zeduar.* vel *conſ. ment. criſp. vitr. cum pulv. zeduar. & ſyr. cyd.* v. g. ℞. *conſ. ment. criſp. vitriol. unc. iv. pulv. Zed. dr. ij. ſucc. cyd. dr. vj. myr. cyd. arom. q. ſ. M. f. Elect.* in gravidis ſeq. mixt. prodeſt ℞. *aq. ment. meliſſ. à. unc. 1. elix. ment. dr. ij. ſucc. cyd. dr. vj. ſyr. cyd. dr. ij. M.* dent aliquot cochl.

IV. In non gravidis utì etiam in viris ulterior cura inſtituatur ad imitationem melancholiæ hypochondriacæ.

Sitis Morboſa.

NOm. Sitis, ſiticuloſitas, **Durſt.**

Defin. Eſt nimia appetentia humidi excitata in ore ventriculi ob ejus defectum.

Gen.

Gen. Est symptoma sitis p. n. auctæ.

Subject. Nunc fauces cum glandulis & ductibus salivalibus, nunc simul orificium ventriculi superius.

Differ. Alia est *moderata* orta v. g. ab exercitio, loquela diuturna, aridítate faucium pro subjecto simul habens orificium ventriculi & repetitis plurimis hausti bus vix extinguibilis.

Caus. intern. Vel est humor sale volat. acri præditus, amarulentus, bilioſus, nidoroſus, glutinoſus ùt in febrib. vel lympha salivalis acrior, salſior ac plùs minùs glutinosa ùt in hydropicis, scorbuticis, affectibus catarrhalib. vel eadem una cum spiritibus absumpta per labores ingentes, evacuationes nimias, dolores &c. vel obstructio glandularum & tubulorum faucium.

Caus. extern. Aër æstuoſus, mora diuturna ad solem vel ignem, assumpta varia salita, acria, aromatica, dulcia, purgantia, venena, potus meracior, motus vehementes, vigiliæ; balnea, evacuationes nimiæ &c.

Prognost. Sitis ab externis causis excitata nihil habet periculi: ab internis autem est periculoſior præsertim in morbis chronicis ùt hydrope, phtysi, diabete. si æger sitiens (id est in quo omnes causæ, circumstantiæ & indicia sitis adsint ùt lingua arida, os glutinoſum aut exsuccum, æstus insignis corporis) non sitiat malum: indicans adesse delirinm aut summam prostrationem. sitire in febribus. ardent. haud adeò malum: bene tamen sitis inexhausta, quæ nullo potu expleri poteſt. sitis etiam pauca in febrib. ardent. suspecta,

nisì impediatur à lympha à capite vel glandulis eò delata ex *Hip. 4 aph. 54.* ubi ait : *quibus tusses ſiccæ modicè irritantes in febrib. ardent. diu durant non admodum ſiticuloſi ſunt.* in quo tamen caſu lingua erit mollis & humida. mala eſt ſitis depravata v. g. *ſucci lim. acet. &c. Hip. 4. aph. 48.* ait : *in febre non intermittente ſi exteriores partes frigeant, interiores urantur & ſitim habeant, lethale eſt.* In magno æſtu repente frigidiſſimus potus ingurgitatus ſummè noxius : ſicuti enim ſilices candentes in frigidam conjecti mox diſſiliunt, ità & viſcera interna æſtuantia frigido potu reſtincta exſolvuntur & hydropem vel hecticam incurrunt.

Indicat. Sunt ſitim fallere, cauſam irritantem tollere, lympham ſalivalem acrem temperare, deficientem augere, tubulos ſalivales obſtructos reſerare &c.

Curat. Variat pro diverſitate cauſar. pro ſymptomate mitigando aqua frigida non ſemper tuta cùm ſæpè exinde mors : frequenter etiam periculoſum aſthma exortum ſit, tutiora ſunt ſequentia acida, nitroſa, temperantia, diluentia &c. *acida* maximè conveniunt in febribus & affectibus bilioſis ùt v. g. *limonada.* l. ℞. 2. *pom. cit. in talleol. diſſect. & ſacch. conſperſ. iniic. in menſ.* 1. *s. aq. font.* l. ℞. *decoct. cc. uſt. cum infuſ. pulp. cit. & ſacch.* quod quandoque temperari poteſt ſeq. ſyr. ℞. *ſyr. acetoſ. cit. è ſucc. viol. à. unc. ij. ſp. vitr. gut. vj. l. julep. roſ. ſyr. acetoſ. cit.* ℞. *ſacch. unc. iv. coq. cum aq. font. lib. vj. ad. iv. iniic. cort. fl. cit. Tamarind.* & æſtum mitigant, & alvum ſimul laxant.

℞.

℞. *Tamarind. conquass. unc. ij. coq. in s. q. aq. s. in col. lib. 1. dissolv. syr. rib. berb. à. unc. 1. M.* vulgus *cerass. acid. & nig. in mortar. contund. affund. aq. l. prun. aut. passul. coq.* Radix acetos. potum gratum & rubellum suppeditat. ℞. *decoct. rad. & fol. acetos. lib. 1. add. succ. acetos. rec. extr. unc. iij. syr. rib. gran. à. dr. vj. M.* l. ℞. *rad. acetos. fragrar. à. dr. iij. cc. ust. unc. 1. coq. in aq. font. s. q. in col. mens. 2. solv. sacch. ros. tab. unc. 1. s. nit. p. p. dr. ij. M.* huc spectant julep. acidul. v. g. *syr. pro tinct. ros. parat. unc. iij. aq. font. mens. 1. s. sp. vitriol. q. s. pro grato acore l.* ℞. *aq. font. lib. iij. syr. rub. id. unc. iij. l. syr. viol. acetos. cit. jul. ros. &c. à. unc. 1. sp. vitr. q. s. M.* l. ℞. *limat. cc. unc. iij. coq. in lib. viij. aq. font. ad cas. 2. dig. transv. add. parum de cort. cit. rec. in col. dissolv. syr.* ùt supra. julap. seq. siccum pro siti compescenda utile ℞. *succ. cit. berb. à. unc. ij. s. sacch. alb. lib. 1. pond. civil. M. super marmore. de hoc 3. l. 4. cochl. solv. in mens. aq. font.*

Nitrata quàm maximè æstum compescunt, sitimque levant absente tamen diarrhæa, v. g. ℞. *nit. præp. cc. phil p. p. à. dr. 1. M. f. pulv. M. cum mens. aq. font.* ℞. *decoct. cc. ust. lib. iv. sal. nit. perlat. scr. iv. succ. lim. unc. iij. sacch. albiss. q. s. M.* ℞. *decoct. hord. & liq. lib. ij. cc. ad albed. calcin. unc. 1. lap. prun. dr. s. sp. vitr. q. s. M.*

Temperantia & diluentia sunt *emuls. amygd sem. mel. ser. lact. succ. cit. acidul. decoct. hord.* v. g. ℞.

hord. rec. mj. paſſul. min. unc. i. liq. raſ. unc. s. ſem. anis. fæn. à. dr. i. coq. in ſ. q. aq. font. l. ℞. *rad. acetos. ſcorz. an. unc. s. hord. mund. mj. cc. raſp. unc. i. pom. cit. N. i. cinam. dr. i. s. coq. in ſ. q. aq. font. ad lib. ij. col. ſi placet, in col. ſolv. syr. viol. de rub. id. l. rib. herb. à. unc. i. s. ſp. vitriol. q. ſ. M.*

Acrimoniam ſalſam temperantiæ, & demulcentia ſunt v. g. ℞. *ſem. coriand. p. p. dr. ij. liq. raſ. dr. iij. ſem. anis. ſcr. s. cinam. dr. ij. coq. in aq. menſ. ij. s. aliquot ebullit. qui potus gratiſſ.* l. ℞. *rad. chin. unc. i. liq. dr. iij. ral. lign. ſaſaph. dr. iij. ſant. rub. dr. iij. infund. in aq. commun. lib. vj. ſtent. in B. M. per noct. m. add. paſſul. min. conquaſſ. unc i. s. ij. coq. ad reman. lib. iv. col.* crageæ ſeq. maximè utiles & grat. ℞. *lig. ſaſaph. dr. x. chin. opt. dr. vj. liq. dr. i. cinam. opt. unc. s. ſem. anis. dr. ij. cc. præp. dr. ij. ocul. canc. p. p. dr i. s. M. f. pulv. ſubtiliſſ. ad ſcat. cujus unc. i. ſeu cochl. coq. l. infund. mens. ij. aq. fervid. vaſe operculo occluſo. poſſunt addi lig. lent. ſant. cit. &c.* poſſunt & variæ ſpecies pro potu ordinari pro varia indicatione *ex chin. ſaſaph. ſarsap. ſem. anis: fæn. ſant. cinam. paſſul. nit. præp. cc. &c.* de quibus cochl. iij. coq. cum menſ. ij. aq. ad conſumpt. 3. p. ſitim fallunt detentio in ore *ſal. nit.* vel *armon.* collutio faucium crebrior per *oxycrat.* liquores in ore volutandi & retinendi præſertim ſi lingua ſi-

mul

ıul arida, ſcabra & plùs minùs nigra v. g. *aq. mperviv. m. unc. iij. ſucc. ejusdem unc. 1. s. mucil. m. cyd. aq. ſperm. ran. extr. unc. 1. ſal. armon. dr. M.* liquor hic contineatur aliquamdiu in ore, inc exſpuatur. ℞. *mucil. ſem. cydon. cum phleg. itriol. extr unc. 1. s. syr. viol. l. ſemperviv. l. ſucc. emperviv. unc. 1. nit. depur. dr. 1: M. vid. prunell.* n ſiti orta ex ſpirituum diſſipatione *cochl. 1. ſp. in.* eam magis ſedat quàm copioſiſſimus aquæ otus. *acidulæ* ſitim ſæpiùs levant, interdum eam- em augent, hinc febricitantibus non ſemper tu- æ.

Dieta victus ſit refrig. humectans proſcriptis lſis, acribus, aromatizatis, alimentis mali ſucci difficilis coctionis. dentur juſcula alterata *fol. cetos. lactuc. portulac. &c.* os contineatur, tacea- ur. &c.

Læſa Chylificatio.

Nom. Læſa Chylificatio üble Dähnung deß Magens.

Defin. Eſt læſa ventriculi concoctio dependens b impedita & fruſtrata ejus fermentatione.

Subject. Ventriculus tum ratione coloris inna- i, tum ratione lymphæ fermentalis tum ratione oni & debitæ conformationis.

Gen. & Differ. Alia eſt *abolita* concoctio *apeſia* dicta: alia *diminuta* ſ. *tarda chyloſis bradipeſia* dicta infeſtans ructibus poſt 6. vel 7. horas ualitates ciborum referentibus, gravitate, tenione & inflatione circa ſtomachum, phlogoſi poſt

paſtum, reſpiratione difficili præcipuè dum dorſo incumbunt, ac ore muco pleno matutino tempore, urinis aquoſis, crudis: alia *depravata*, dicta *crudi-tas*, quæ 2 plex: alia enim eſt *acida* dum alimenta abeunt in ſuccum acidum plùs minùs viſcidum nec ſufficienter attenuantur & volatiliſantur, atque infeſtat ructibusvel vomitibus acidis, inflatione ſtomachi poſt aſſumptum cibum, phlogoſi poſt paſtum, murmuribus & rugitibus alvi, ejus adſtrictione, appetitu tamen adhuc vigente: alia *nidoroſa*, dum alimenta vertuntur in liquamen tetricum, putrilaginoſum, ſaporis plùs minùs horridi atque infeſtat ructibus nidoroſis piſcium vel ovorum corruptorum, aut olei frixi naturam referentibus, vomitu quandoque liquidorum ſubflavorum aut inſipido-dulcium aut ex amarore dulceſcentium, alvóque plùs ſolito apertâ.

Cauſ. intern. Læſæ chylificat. aut eſt vitium fermenti ſtomachalis, dum vel deficit ex defectu ſpirituum, vel impetu eorum ad alias partes ùt in lucubrat. poſt paſtum &c. vel non eſt ſatìs volatile ſed acidius à peregino acore in ſtomacho corruptũ ùt in hypochond. ſcorbuticis &c. in quibus diſſolvit quidem promptè alimenta ſed eadem non debitè fermentat, nec ritè volatiliſat ſed potiùs in materiam vitiosè acidam tranſmutat. vel iners eſt & debito acore deſtitutum ùt in febrib. vel bile in ſtomachum regurgitante vel ciborum longiori motâ ac corruptione in ſtomacho, vel ex aſſumptis vitioſis, vel læditur, dum calor ventriculi deſtructus aut tonus ejus læſus.

Cauſ. extern. Sunt alimenta peccantia vel quantita-

tate vel qualitate ùt ſi v. g. ſint cruda, ſalita, in-
mata, duræ diggeſtionis &c. vel uſu intempe-
ivo & ordine perverſo ; potus etiam vel nimius
im fermentum nimis diluendo, tum fluctuatio-
em pariendo, tum ſtomacti tonum lædendo, vel
mis parcè aſſumptus, vel qualitate vitiosâ pec-
ns ùt v. g. cereviſ. novella, vina lenta, mucida,
ppida &c. vigiliæ, curæ nimiæ, lucubrationum
: venetis exceſſus præcipuè poſt aſſumptum cibũ.

Prognoſt. In chyloſis læſione conſiſtit fundus
: fomes quàm plurium morborum chronicorum
ì etiam cutaneorum ; vitium enim coctiouis
rimæ non corrigitur in reliquis : præcipuè au-
m ex cruditate ſtomachi acida omnes ferè mor-
derivari poſſunt, qui vulgò ex viſcerum ob-
ructionibus dependent, aliàs ex abolita ventri-
li coctione oriuntur lienteria, hydrops, atro-
ia &c. ex diminuta colica, cachexia &c. ex de-
avata obſtructiones, febres, ſcabies &c.

Indicat. Sunt impedimenta removere ac ven-
iculum roborare.

Curat fit I. Evacuationibus ſ. per vomitoria in-
rimis antimonialia ſ. per ſeceſſum purgantia ex
ibus laudantur *pil. aloët. de hier. cum agar. ma-
ch. aleophang. cum ſcam. acuat.* vel infuſ. *ſenn.
gar. mechoac. cinam. galang. &c. in vin. abſint.
el nodul. laxat. &c.* vid. *inappetent.*

II. Roborantibus tum internis tum externis.
ter interna commendantur in cauſa frigida *zz.
ind. condit. elix. prop. eſſ. abſint.* v. g. ℞. *elix.
op. pp. dr. ij. eſſ. abſint. ſcr. ij. ol. mac. gut. vj. M.
ſ. gut. xij xv. l. xx.* item *tart. vitr. ſal. arm.*

de-

depur. ejúsque flor. fæc. aron. ſp. maſtich. ceraſ. nig. roſa ſolis, nux. moſch. ſal. vol. oleoſ. pulv. ſtom. birk. acor. condit. eſſ. meliſſ. puleg. præcipuè in ſenibus utì & amb. cum ſach. in forma pulv. balſ. fæn. ſtomach. hartman. eſſ. pan. ex vin. malv. ſuccolata, caphè. herb. theè. ex compoſitis proſunt *vin. medicat.* v. g. ℞. *rad. ennul. dr. vj. zz. l. zeduar. dr. iij. herb. abſint. ment. criſp. a. mj. ſem. anis. unc. s. cinam. acut dr. ij. inciſ. & contuſ. includ. nodul. pro mens. ij. vin. alb.* Electuar. ℞. *conſ. fl. anth unc. iij. z. z. condit. unc. iij. calam. arom. unc. ij. cort. arant. unu. l. s. ſpec. arom. roſ. diacinam. à. dr. vj. cubeb. unc. s. cardam. dr. iij. ſyr. de cinam. q. ſ. M. f. Elect.* mixtur. ℞. *aq ſtomachi unc. vj. cinam. unc. ij. ſp. maſtich. ſcr. l. s. ſp. Bacc. juniper. calam. arom. à. unc. s. rot. l. man. Chriſt. dr. ij. M.* detur cochleat. morſell. ℞. *ſpec. pro morſul. imper. unc. l. z. z. in ind. condit. cort. cit. nuc. ind. condit. an. unc. s. cardam. dr. l. s. cubeb. dr. ij. ol. deſt. cinam. gut. v. mac. gut. iv. Caryoph. gut. iij. cit. gut. ij. ſacch. albiſſ. in aq. ſaſaph. cum cinam. deſt. ſol. lib. l. M. f. morſell.* l. ℞. *gr. paradis. dr. ij. aq. cinam. unc. iv. ſtent. in infus. per noct. in col. diſſolv. ſacch. albiſſ. unc. ix. add. ſpec. arom. ros. dr. ij. diarrhod. abb. dr. l. cardam. min. ſcr. ij. cubeb. dr. ij. condit. cort. arant. cit. à. dr. vj. zz. chin. dr. ij. f. mors. aſperg. ſp. ros. in quo amb. gr. vj. diſſol.* trageæ hîc maximè uſuales v. g. ℞. *cubeb. dr. ij. cardam. z. z. nuc. moſch. à. dr. l. Caryoph. dr.*

. s. cinam. acut. dr. ij. ol. cit. gut. ix. sacch. ros.
b. ad pondus omnium. M. l. R. coriand. p. p. dr.
sem. anis. fæn. à. dr. 1. cinam. dr. ij. cardam.
. 1. cort. cit. dr. 1. sacch. ros. tab. unc. 1. fin. q. s.
. dictis addi vel substitui possunt *spec. arom.*
s. diarrhod. abb. diamb. Corrall. nux. mosch.
ac. santal. galang. cort. arant. pan. bis coct. Hi-
an. &c. huc spectat pulv. duc. ex 2. p. sacch. &
p. cinam. omnibus alimentis insperſus. item *gr.*
p. aliquot s. integra s. contus. jejuno ventriculo
mpta &c. de his remedijs notandum nimis cali-
non semper tuta esse præsertim usum *aquarum*
itæ, cùm substantiale humidum consumant &
onsequenter calorem ventriculi magis resolvant
: dissipent.

In ventriculi diathesi calida conducunt. *tinct.*
s. viol. bellid. pulv. epat. rub. decoct. cit. mins.
uscul. cichorac. ser. lact. emuls. sem. mel. sp. vitr.
bilos. cum cons. ros. acetosell. ment. &c.

III. Inter externa juvant *crust. pan. vin. vel acet.*
bria & pulv. Charyoph. conspers. sal. in sartag.
post. & in saccul. impos. placent. *ex ov. in frixo-*
io assat. ex incis. ment. absint. & ol. cham. sac-
ul. *ex ment. absint. sem. carv. bacc. juniper. in*
vin. coct. l. R. *com. absint. ment. lavend. à. mj.*
nast. nuc. mosch. tacamach. à. dr. 1. fl. anth. la-
vend. ros. à. mj. incis. & irrorat. sp. absint. in-
lud. saccul. qui gestetur in regione stomachi

l. R.

l. ℞. *ment. abſint. à. mj. bacc. laur. l. junip. unc. s. rad. cyper. galang. l. calam. arom. Charyoph. cort. cit. cinam. mac. à. dr. i. includ. ſaccul. ex ſind. rub. coq. in vin. rub. ac calidè impon.* inunct. *ex ol. nuc. moſch. balſ. peruv. ol. ſuccin. rectif. deſt. ment. Charyoph. ſtomach. crat. florentin. Zedoar. &c.* v. g. ℞. *ol. nuc. moſch. expr. dr. i. s. ſuccin. rectif. balſ. peruv. à. ſcr. i. M. illin. regio ſtom. applicando deſuper linteum calefact. l.* ℞. *Balſ. peruv. ol. nuc. moſch. exp. à. dr. ij. Charyoph. ſcr. i. ol. deſt. maſt. ſcr. s. gumm. lad. in ol. abſint. diſſol. dr. vj. M.* empl. *de tacam. ſchröd. ſtomachal. mins. pann. ſcarlato induct. empl. ſtomach. crat. de maſtich. vel ex reſin pin. vel ſtomach. gal. cum dimid. part. lad.* v. g. ℞. *cerat. ſtom. gal. unc. i. lad. el. unc. s. malax. cum ol. nuc. moſch. extend. ſuper alut. & cum ſind. rub. interpaſſat. f. ſcut. ſtom.* ℞. *empl. ſtom. crat. unc. i. gumm. tacamach. dr. iij. ol. ſtom. crat. q. ſ. f. empl.* topica hæc externa monente *Guliel. fabric.* cautè etiam uſurpanda, cùm epar etiam attingant, idque inſigniter calefaciant.

Diæta hic maximè neceſſaria adeò ut *teſt. craton.* ſupervacaneum ſit optimam ijs præſcribere medicinam, qui bonam victûs rationem tenere neſciunt. diæta igitur ſit moderata, cibi boni ſucci facilis coctionis, aſſa magis quàm elixa & *aromat. condit.* non ſuperbiat varietate, vitetur ſatie-

ietas, ſervetur juſtum tempus, ſumatur *pulv. pep-*
ic. fugiantur cruda, viſcida, acida. ſalita fumo
ndurata, cæteráque coctioni rebellia. potus ſit
ereviſ. meracior, vinum merum vel abſinth. meliſſ.
oſm. aut lig. ſaſaph. cinam. & Caryoph. medicat.
itentur lucubrat. & ſtudia poſt paſtum. exulent
enus & animi pathem. alvus ſervetur aperta,
entriculus à frigore muniatur detentione ma-
uum nocturnâ ſuprà eum, pulvjnari *ex corio &*
lumis cygni, pellibus catorum ſylveſtr. pp. vel le-
oris, panno ſcarlato &c.

Singultus.

NOm. Singultus der Gluckeţer / Heheţ / oder Schnageţer.

Defin. Eſt depravatus & veluti convulſivus ven-
iculi & diaphragmatis ſubitò deorſum contra-
i motus ad materiam irritantem cum ſonitu eli-
endam inſtitutus, dependens ex irritatione &
ellicatione fibrillarum nervearum ſuperioris ori-
cij ventriculi.

Gen. Eſt ſymptoma motus depravati & expul-
icis irritatæ ventriculi & diaphragmatis.

Subject. Eſt ventriculus ſecundùm fibrillas ſuas
erveas ſ. tunicam cum diaphragmate nervoſo
ommunem, eíque firmiter annexam, dein etiam
aphragma, cùm orificium ventriculi ſuperius,
uatenus tranſit membranaceum diaphragmatis
rculum ejúſque fibris muſcularibus nerveis con-
ectitur, irritatum in conſenſum quoque trahat
aphragma, illúdque ad motum ejuſmodi inter-
olatum inducat.

Dif.

Differ. Alius *idiopathicus* : alius *ſympathicus*, & quidem præcipuè per conſenſum cerebri, jecoris & inteſtinorum.

Cauſ. immediat. Eſt irritatio ſuperioris præcipuè orificij ventriculi & diaphrag.

Mediatæ. Flatus, vapores vel humores bilioſi, portacei, acidi, acriores plùs minùs viſcidi intra rugas orificij hærentes, ſubinde etiam maligni, vermes quoque, pus, grumi ſang. vel per conſenſum ùt in inflammat. epatis : ex *Hip.* enim. *ſ. aph. ſ8. ad recti inteſtini & uteri inflammationem, purulentóſque renes accedit ſtranguria* : *jecore verò inflammationem patiente ſupervenit ſingultus.* it. in vulneribus capitis, nephrit. hernia graviore, affectu iliaco, dyſent. &c.

Cauſ. extern. Sunt aſſumpta nimis frigida, calida, acria, corrupta, venena, purgantia, inedia, vigiliæ, evacuationes immodicæ & hypercatharſes.

Prognoſt. Singultus leve quidem videtur malum, aliquando tamen generoſa illudit remedia. in hyſtericis non admodum timendus. in febribus tempore criſis cum reliquis bonis ſignis nihil mali denotat, ſecus monſtroſi quid alit, ac præſertim delirio & convulſionibus junctus mortis prodromus eſt. hinc etiam *Hip. in coac.* ait: *ſi quis in laborioſa febre in ſtatu perſeveranter ſingultiat, morbo laborat peſſimo. Valeſius* ait, ſe nullum vidiſſe ſervatum in extenuatis febre ardente vel maligna correptis, cui ſingultus ſupervenerit, quod etiam teſtatur *plater. Hip. 7 aph. 17.* ait : *propter jecoris inflammationem ſingultus ſu-*

per-

erveniens malum it. ſuperveniens purgationi teſte
odem 5. *aph.* 4. *à purgatione immodica convulſio*
ut ſingultus ſuperveniens malum it. diarrheæ &
præcipuè dyſenteriæ vel herniæ contumaciori aut
leo, nam *Hip.* 7. *aph.* 10. ait : *ab ileo vomitus vel*
ingultus vel convulſivo malum. id. 7. *aph.* 3. ait :
vomitu ſingultus & oculorum rubor malum, præ-
ertim ſi ad aliquot tempus perſeverent : denotat
nim inflammationem ventric. vel cerebri, vomi-
us ſingultui ſalutariter accedit : econtra ſingul-
us quos vomitiones non ſolvunt. mali. teſte Aë-
io velociſſimus ad interitum eſt ſingultus in affe-
tibus ſoporoſis, animi deliquiis ac tetanis. in her-
ia inteſtino prolapſo repoſito ſtatim ceſſare ſolet:
peſſimus, ſi oriatur ex ſuperveniente inflamma-
ione & febre.

Indicat. Sunt irritationem & ſpaſmum ſiſtere,
auſam occaſionalem removere, acrem temperare,
iſcidam incidere, attenuare ac ventric. robo-
are.

Curat. fit I. Agendo vomitorijs ſi ſit ſinè febrè,
tque ſuſpicio mali in ſtomacho hærentis vel de-
ectorijs ùt *pil. aloët. f.f. emanuel. cum gr. aliquot*
iagrid. acuat. &c. vel *rhabarbarin.* in materia bi-
oſa. aliqui pilulis purgantibus miſcent *gr.* 1.
aud. op.

II. Opiatis pro irritatione ſiſtenda ùt ℞. *conſ.*
of. dr. 1. *ther. dr. s. laud. op. gr. iij.* l. Bol. Timæ.
ontra ſingultum & vomitum expertus. ℞. *ther.*
Andr. ſcr. ij. lig. alo. ſcr. s. l. extr. caſtor. gr. ij.
j. ol. uſt. mac. gut. ij. laud. op. gr. 1. *M.* in ma-
guis jungatur laudan. alexipharmacis ùt *tinct.*

bez cum eſſ. anodyn. ther. diaſcord. aq. cinam. cord. f. &c.

III. Appropriatis, iiſque vel abſorbentibus acres, acidáſque ſcorias ventriculo & diaphragmatis fibris impactas & ad motum elaſticum ſollicitantes : vel humores viſcidos attenuantibus, detergentibus, flatúſque diſcutientibus. ex prioribus ſunt *ebur. uſt. cc. uſt. ad. dr.* 1. *cum vin. rub. exhibitum quod in omni ſingultu ceu expertiſſimum commendat* Joël. alij ſimul addunt *corall. rub. pp. ol. Caryoph. cinam.* vel *aniſ.* it. *ocul.* 69. *cryſt. pp. terr. ſig. lap. perc. carp. tunic. inter. ſtomachi gallin. exſiccat. cum laud. op.* v. g. ℞. *cinnab. nat. ſcr.* 1. *Corrall. rub. p.p. cc. ſ. ign. p.p. à. gr. xv. marg. p. p. gr. x. ther. cæleſt. gr. xij. ol. caſtor. Caryoph. à. gut. ij. M.* poſſunt etiam in febribus exhiberi emulſ. addit. præcipit. ex poſterioribus præcipuum eſt *caſtor. opiatis maritatum* vel *extr. caſtor. in pilul.* l. mixtur. ſeq. ℞. *aq. ment. unc. ij. elix. vit. M. unc. s. l. ſp. theriac. dr. iij. conf. alk. dr.* 1. *laud. op. gr. ij. ſyr. de ment. unc.* 1. *M.* proſunt etiam acet. l. *oxym. ſquill. elix. prop. p. Caryoph. in ore detenti.* decoct. *ſem. aneth. in vin. gen. mica. pan. tritic. malvat. inebriata.* decoct. *foreſt.* in ſingult. crebriùs expert. *ex ſem. aniſ. anet. carv. portul. papav. alb. &c.* pulv. v. g. ℞. *ſem. anet. unc. s. zeduar. lig. alo. nuc. moſch. Caryopb. ſpec. diamb. à. dr.* 1. *M. doſ. ſcr. ij. cum vin. odorif.*

IV. In quovis ſingultu p.p. proſunt cucurbitula ventriculo admota, ventriculi per faſciam conſtrictio, ſpiritûs retentio, excitatio ſternutationis, nam ex *Hip. 6. aph.* 13. *ſingultu fatigante ſternu-*

nu-

nutatio superveniens liberat. collutio faucium ex aq. frig. clyst. frequentiores, assumptum sem. anis. vel cochl. 1. acet. squill.

V. Inter extrinseca locum habet catapl. contra singult. minf. vel parat. ex ferment. cum sp. vin. camph. & piper. mac. nuc. mosch. &c. l. ℞. ferment. acerr. unc. ij. s. pulv. ment. unc. 1. zeduar. unc. s. sem. cumin. car. anis. à. dr. ij. acet. ros. q. s. f. catapl. addunt alii bacc. laur. ros. rub. &c. Alij fotum faciunt ex acet. calido acri. cum castor. pip. sinap. alij imponunt crust. pan. aq. anhalt. irrorat. Dolæ seq. empl. probatum esse ait ℞. empl. de bacc. laur. stom. crat. à. unc. 1. succolat. unc. s. ol. castor. scr. s. M.

Diæta aër sit temperat. purus, cibus cupeptus, expers omnis acrimoniæ, salsedinis, aciditatis & flatulentiæ. potus sit vin. oligoph. nî quid obstet, merum ceu nervis inimicum fugiatur, cùm singultus ad convulsiones ab *Hip.* reducatur 6. aph. 39. ubi ait: *convulsio fit vel à repletione vel ab inanitione, utì & singultus.* vel cerevis. defæcata, vel decoct. hord. cum tantillo cinam, galang. &c.

Vomitus.

NOm. Vomitus das über sich Brechen.

Defin. Est rejectio cum impetu è ventriculo rei sibi molestæ per convulsivam pylori contractionem, ac subsequentem motum totius ventriculi peristalticum inversum dependens à causa fibras nerveas ventriculi vellicante.

Gen. Est symptoma motûs ventriculi depravati.

Subject. Ventric. quoad fibrillas ſuas nerveas, in ſpecie autem quo ad pylorum, à quo vomitus initium ſuum ducit.

Differ. Alius eſt *propriè* dictus vomitus: alius *levior* ejus ſpecies dictus *nauſea*, der Grauſen oder Ekl. quæ nempe eſt inane vomendi deſiderium cum præcordiorum anxietate & tenuis humoris per ſalivam excretione conſiſtens potiùs in pertinaci clauſura & conſtrictione ſuperioris orificij ventriculi reſpuentis rem ingratam, quàm in ejus laxatione: it. alius vomitus eſt *naturalis:* alius *artificialis* v. g. emetico excitatus. naturalis alius *ſpontaneus*· alius *non ſpontaneus* & quidem vel *criticus*, vel *ſymptomaticus:* alius *periodicus;* alius *non:* alius *benignus*: alius *malignus* à veneno vel humore corrupto & maligno excitatus: alius *levior*, qui *vomituritio* nonnullis dicitur: alius *vehementior Galeno volvuloſa ſubverſio* dictus: alius *per eſſentiam:* alius *per conſenſum*: alius *cibalis:* alius *humoralis.* alius *vomitus ſang.* ortus ex aperto vaſe ad ſtomachum pertinenti, idque vel vitio ſuppreſſæ ſang. evacuationis, vel lienis aut pancreatis ſanguine ibidem ſtagnante & per vas breve aut pancreatis in ventriculum vi ſibi viam quærente, hinc ſæpè ante vomitum ſanguinis percipiuntur pulſationes & præcipuè in dorſo propè latus ſiniſtrum.

Cauſ. immediat. Eſt convulſiva inferioris orificij ventriculi irritati ſuperiora versùs contractio.

Cauſ. mediat. intern. Sunt plures & quidem per eſſentiam inflammatio vel ulcus ventriculi, occluſio pylori à tumore vel callo, ubi vomitus diu-

tur-

turni ac continui nullis cedunt remedijs. humores aut excrementa acria, bilioſa, acida vel pituitoſa ſ. in eodem hærentia, ſ. ex duodeno ratione ductûs pancreatici & bilioſi in eundem regurgitantia, cibi itidem corrupti, vermes, pus, ſanguis &c. per conſenſum fit in tumoribus pancreatis, in principio febrium intermitt. ex effervescentia bilis & ſucci pancreatici pylorum vicinum irritante, in paſſione colica, iliaca, nephritica, contuſionibus cranij, ac vulneribus cerebri ex *Hip. 6. aph. 50 quibus cerebrum vulneratur, iis febrem & bilis vomitum ſupervenire neceſſe eſt.* it. in mulieribus tum gravidis tum menſ. ſuppreſſ. laborantibus.

Cauſ. diſpoſ. Sunt infantes ob aceſcentiam lactis, pueri ob voracitatem. gravidæ, ſuppreſſos, menſes habentes, hypochond. nephritici &c.

Cauſ. extern. Sunt aër contagioſus, fætidus, cibi pingues vel præpoſtero ordine ingeſti, aut in odore vel ſapore vitioſi, fungi, fructus horarij, ingluvies, crapula, venen. philtra, incantamenta, motus violenti inſueti, navigatio in mari, aſpectus vel imaginatio rei turpis & fætidæ, ira, percuſſio capitis, ictus, compreſſio circa epigaſtrium, ſuppreſſ. menſ. &c.

Signa inſtantis vomitûs ſunt nauſea, oculorum caligo, vertigo, cardialgia, inferioris labij tremor, os ſalivâ repletum &c.

Proguoſt. In genere vomitus omnis, ſi non nimius ſalutaris eſt præſertim ſi fiat cum conferentia. ex *Hip.* enim 1. *aph.* 2. *in turbationibus alvi & vomitibis, qui ſponte fiunt, ſi qualia oportet pur-*

gentur, conſert & facilè ferunt: ſi minùs, contra, bonus etiam ex bile flava & pituita mixtus, nec admodum copioſus. ſalutaris etiam qui eſt à cauſa externa, vel à menſibus ſuppreſſis in gravidis, vel ſpontaneus in principio morborum ùt pleurit. aut criticus in declinatione, *Hip. 6. aph. 15.* ait: *longo alvi profluvio detento vomitus ſponte ſuperveniens, morbum ſolvit.* Vomitus paucus & laborioſus in febre acuta malus, denotans materiæ pravitatem aut vitium imbecillitatem. malus vomitus lividus, plùs minùs graveolens vel humoris fuſci aut obſcurè nigricantis, mali it. vomitus variegati, porracei, æruginoſi, lividi, nigri, fætidi, præſertim in morbis malig. aut juncti cum ſingultu, lipothymia, motibus convulſivis &c. mali quoque vomitus vermium in malignis. it. ſinceri & impermixti in acutis denotantes humoris cruditatem & fervorem. minùs tuti ſunt vomitus, ſi pro comite habeant diarrhæam. vomitus puerperarum maturè ſiſtendi, cùm ſæpiùs illas ex inſidijs trucident. non obſtante continuo vomitu bene tamen ad tempus nutriri poſſunt ægri ob liquida præterlabentia. *Hip. 4. aph. 22.* ait: *morbis quibusve incipientibus, ſi atra bilis ſupernè, vel infernè exierit, lethale.* excretiones ſanguinis ſurſum vel deorſum in exanthematibus, variolis, morbillis &c. lethales, vomitus ſang. perſeverans & frequenter repetens funeſtus conjiciens in periculum vel repentinæ mortis, vel gravium ſymptomatum ùt animi deliq. ſuffocationis præcordialis &c. ob ejus coagulationem, vel hydropis incurabilis. ſplenèticis tamen vomitus cruentus

quàm

quàm non cruentus, periodicus, nec nimius eſt. ſalubris. *Hip. 5. aph. 34.* ait: *mulieri ſanguinem vomenti menſtruis erumpentibus fit ſolutio* ex *hippoc. 7. aph. 37. qui ſanguinem vomunt, ſi ſine febre accidat, ſalutare eſt, ſi cum febre malum. Curatio verò refrigerandi & adſtringendi vim habentibus perficitur.*

Indicat. Sunt cauſam irritantem evacuare, irritationem ſiſtere, ac ventriculum intus & extra roborare.

Curat. fit I. Omittendo V. S. nisì vomitus ſit vehemens cum febre junctus & corpus plethoricum ad præcavendam inflammationem. in gravidis quoque convenit V. S. quâ magìs ſublevantur, quàm purgatione.

II. In morbi principio Medicus ſubinde magìs ſit ſpectator, quàm actor, ſic vomitus hypochondriacor. gravidarum &c. ſoli naturæ ſubinde vel ſaltem ad tempus relinquendi: aliàs in cauſa humorali vel exhibenda vomitoria *ex vitr. alb. pp. ſyr. em. aſar. tart. emet.* v. g. ℞. *aloës. tart. em. à. gr. ij. ol. mac. q.ſ. M. f. pil. &c.* cùm *teſte Hip. l. de flat. vomitus vomitum curet.* vel purgantia per alvum ùt *pil. peſtilent. ruff. de hier. pic. de hier. cum agar. f.f.* vel ℞. *maſſ. pil. peſt. Ruff. de hier. à. ſcr. s. pulv. syr. gr. vij. sal. abſint. gr. iij. balſ. peruv. q.ſ. M. f. pil.* alij ſimul addunt *laud. op.* vel *pulv. rhab. & myrob. cit. ex juſcul.* vel infuſ. *rhab. myrob. in aq. deſt. cich. vel ſanguis ſ. tinctur. rhab.* l. ℞. *aq. deſt. cich. lib. 1. rhab.*

el. incis. & in nod. lig. dr. ij. myrob. cit. dr. i. stent in infus. per 24. hor. dos. unc. iv. l. ℞. *rhab. el. dr. ij. tart. crud. scr. i. inf. in s. q. aq. in col. unc. ij. dissolv. syr. de cich. rhab. unc. i. rhab. pulv. scr. i. aq. cinam. dr. ij. M.* in vomitu pituitoso prodest *sp. vin. purg.* vid. *hydrop.*

III. Clyster. in omni vomitu utiles tum evacuando tum revellendo, in pauca tamen quantitate injecti, nè colon replendo fundum ventriculi irritent: dissolvi in ijs potest *hier. pic. gal. vel diaphæn.* subinde etiam *colocynt.* ad drach. i. vel alteram incoqui potest ad fortiter revellendum, & contrarium motum conciliandum.

IV. In vomitu hypochondriaco cum gravativo siniſtri hypochond. dolore p.p. *acidulæ* erunt sacra anchora.

V. Opiata hîc maximè conveniunt mixta præsertim adstringentibus, & roborantibus. ex illis in usu sunt *ess. op. laud. op. ther. extr. ther. syr. de papav.* &c.

VI. Ex roborantibus & adstringentibus internis laudantur *elix. ment. syr. de canell. mins. aq. cinam. cum vin. cyd. tinct. cass. lig. mastix. ad gr. aliquot m. sumpt.* it. *sp. mast.* vel *decoct. Joël ad quemvis vomitum præstantissimum* ℞. *Caryoph. crass. incis. dr. i. mast. dr. s. ros. rub. p. i. coq. cum vin. rub. lib. dimid. in vasc. clauso ad med.* it. *Bals. peruv. ad gutt. 2. vel 3. ex ov. sorbil. elix. prop. p. ex jusc. sal. absint. ad scr. i. cum cochl. succ. lim.* quod præstans est in vomitu febrium malig. vel

℞.

ſal. abſint. gr. xxiv. ſucc. lim. dr. ij. ſyr. de ment.
r. 1. aq. ment. dr. iij. M. pro 1 doſ. ſicuti etiam
ıdorifera opiatis juncta ùt *diaſcord. ther. ſp. ther.*
ampb. opiat. bezoart. timæ v. g. ℞. *aq. ment. unc.*
ij. cinam. dr. vj. diaſcord. ſcr. ij. corrall. rub p.p.
bor. ſ. ign. à. ſcr. 1. syr. ment. unc. s. M. datur
tiam in vomitu *ſp. vit. cum malvat.* vel mix-
ır. ℞. *vin. malv. unc. vj. ol. vitriol. gut. vj. M.*
z. aq. ment. unc. ij. ſucc. cyd. unc. 1. aq. cinam.
r. vj. ſp. vitr. gut. v. ol. cinam. gut. iij. M. capiat
ochl. ℞. *aq. cinam. unc. ij. ſucc. lim. unc. iv. cor-*
all. rub. p.p. dr. ij. ſal. abſint. dr. 1. s. M. detur
ochl. 1. l. alt. bis in die ℞. *ſpirit. ſal. armon.*
nct. op. à. unc. s. ol. mac. gut. vj. M. dentur ter
n die 40. gutt. in forma *bol.* vid. ſingult. l. ℞.
heriac. dr. s. conf. alk. ſcr. 1. laud. op. gr. 1. l. ij.
M. in forma *Elect.* ℞. *cons. ros. vet. unc. iij. dia-*
Prognoſt. Ileos omnis eſt periculoſus & affectus peracutus cui ſtercoris vomitus ſupervenit, ùt plurimùm exitialis eſt, & à quo pauci convaleſcunt. ſi tamen ex hernia ſuperveniat vomitus,

non

non adeò deſperatus eſt, quàm ex alijs cauſis, ortus igitur ex hernia vel fæcibus induratis nunc plùs nunc minùs periculoſus eſt. in ileo ex inflammat. & gangræna res deſperata eſt : qui ex mutuo inteſtinor. ingreſſu oritur curabilis eſt, ſi ingreſſus fiat per aſcenſum. non autem ſi per deſcenſum. ex uſu opiatorum ſuccedens quies atque ſomnus & doloris remiſſio ſpem ſalutis promittit : ſecus res deſperata eſt. in ileo delor acutiſſimus ſubitò ſinè cauſa manifeſta deficiens gangrænæ ſignum. *Hip. 7. aph. 10.* ait: *ab ileo vomitus vel ſingultus aut convulſio aut deſipientia malum.* Sudor vel ructus aut crepitus ventris multum fætidi ex *obſ. Foreſt.* malum. ſudor frigid. mortis prodromus eſt. mortis etiam imminentis ſignum aliquibus dicitnr ſuperveniens ſurditas. ſi ſymptomata remittant & medicamenta vel alimenta ore aſſumpta per inferiora deſcendant , ſalus exſpectanda eſt. quandoque in ileo lethali ante mortem alvi excretio ſupervenit , quæ tamen potiùs malum , quàm bonum ſignum , reſolutæ ſcil: facult. animal. hinc jungitur utplurimùm ſudor frigidus , inteſtinorum indolentia cùm pulſu debili.

Indicat. Sunt irritationem inteſtinor. ſiſtere , dolorem urgentem mitigare , excretionem contentorum naturalem promovere cauſáſque remorantes tollere.

Curat. fit I. Clyſmat. in quorum legitimo uſu potiſſima conſiſtit ſpes, ſint tum emoll. hinc etiam fortiùs ſtimulantes. primi generis parantur ex decoct. *malv. alth. viol. cham. melil. ſem. lin. fænug. &c.* vid. *dol. col.* vel *ex ol. com. ſolo* vel *ſimul cum*

3. part.

3. *part. butyr.* vel *ol. lil. alb. amygd. d.* vel *ex de-*
coct. inteſt. & oment. vervec. cum butyr. & ſal.
gem. vel ſimul ſtimulantes ex *decoct. colocynt.* l.
cum Rueland. ℞ *ol. ſem. lin. unc. vj. troch. alch.*
dr. 1. s. bull. parum. l. ℞. *ol. rap. unc iv. lin. unc. iij.*
Diacolocynt. quercet. dr. vj. M. ſi oriatur ex in-
flammatiore inteſt. convenit clyſt. *ex crem. hord.*
l. lact. cum unc. 1. mucil. ſem. pſyl. & dr. 1. nit. p. p.
ſi ex hernia ℞. *decoct. carmin. unc. viij. ol. cham.*
amygd. d. à. unc. 1. s. laur. unc. 1. mell. anthoſ. unc.
1. s. el. diacathol. dr. vj. M.

II. Purgantia in ileo ſ. leviter ſtimulantia mul-
tò minùs fortiora per os exhibita non conveniunt,
cum ſemper evadant vomitoria malum exaſpe-
rantia, niſi ubi jam ſedata omnis irritatio & mo-
tus inverſus reſtitutus ibi enim neceſſaria, cùm
æger ſecutus non ſit, niſi ſequatur alvi profluvium, aut ſponte aut arte procuratum.

III. V. S. non convenit, niſi in inflam̃at. inteſt.

IV. Per os exhibenda *juſcul. gall. decoct. cham.*
cum ol. amygd. d. juſcul. decoct. rap. vel *decoct. ea-*
rum tam crudar quàm priùs aſſatar. ſucc. pom. bors-
dorf. put. it. pro compeſcendo vomitu *ſal. abſint.*
cum ſucc. lim. aq. ment. ther. &c.

V. Opiata hoc in morbo irritationem quidem
ſiſtunt, ſed alvi excretionem impediunt, unde,
quod magis urget, conſiderandum, & pro ratione hujus hæc vel illa anteponenda. exhibeantur autem viribus adhuc robuſtis exiſtentibus & præſertim ſi ob continuum vomitum reliqua omnia ſint irrita, in inflammat. inteſt. ijs abſtinendum, cùm ad gangrænam magis diſponant.

VI.

VI. In pertinaci alvi clausura prioribus non sufficientibus, exhibent nonnulli *globulos sclopetorum deglutiendos*, sed præmisso prius usu *ol. amygd. d.* alij *mercur. viv. purgat. ad unc. 2. 3.* applicando simul extrinsecus *foment.* vel *baln.* vel ægrum movendo ac agitando in curru, exhibendo etiam post ejus effluxum *ol. amygd d. cum ol. dest. anis.* alij *acidulas* in quantitate haustas commendant, licèt primis vicibus per vomitum rejiciantur, notandum autem, *Mercur.* & similia locum tantùm habere, si malum oriatur à fæcibus remorantibus, vel ab ascensu intestini inferioris in superius: secus econtra, & si oriatur ab inflammat, Veteres in hoc casu, quo intestina à copioso stercore fuere repleta unacum præsentia flatuum applicato folle ventum copiosum in intestina injecerunt, ut eadem distenta à scybalis secederent. injiciendo postmodum *clyst. emoll. cum troch. alchand.* quod etiam locum habet si intestina superiora ingressum fecerint in inferiora.

VII. Extrinsecùs conveniunt balnea emollient. *ex aq. ol. lact. &c.* inunct. abdom. *ex ung. dialth. cum pingued. tax. ol. dest. cham. & ol. laur. galban. par. cum ung. de arthan. & ol. cham.* applicando desuper lintea calefacta, *sterc. vaccin. rec.* abdomini impositum quoque prodest. it. *oment. vervec. rec. exempt.* vel in *aq. fervent. calefact.* it. foment. *ex fil. linament.* Strâng-Garn / *in lact. decoct. catul. viv. abdomini impos. exuv. serpent. in ol. ros. coct. & illit.*

Diæt. In hoc affectu sit tenuissima sumendo bis vel ter de die aliquot cochl. *jusc.* vel *crem. hord.*

vel

vel *panatell.* imò ſatiùs eſt in principio 24. horis ab omni cibo abſtinere. potus faciliùs quidem tranſit, ſit tamen paucus nec ullo modo frig. ex decoct. *hord.* & *liq.* convaleſcentes etiam tanquam puerperæ tractandi, ut neque in victu peccent vitando frigida, cruda, flatulenta, ſalſa, pinguia &c. nec frig. aëri ſe exponant. cordialia etiam in uſu ſint ob virium debilitatem & juncta animi deliquia infectis à fætore ſpiritibus.

Inflammatio Inteſtinorum.

NOm. Inflammatio inteſt. **Entzündung der Gedärm.**

Defin. cauſ. & *ſign.* Eſt eorundem à ſang. in ijs ſtagnante ac putreſcente intumeſcentia ſequens quandóque pertinacem & quaſi iliacam alvi obſtructionem, vel herniam, vel dyſenteriam immediatè & præmaturè ſuppreſſam, vel externam læſionem ùt contuſ. vuln. &c. affligens dolore acuto, indicibili, fixo, diſtendente, ſubinde plùs minus pulſatorio, tumore rotundo ac renitente ut inteſtina chordæ inſtar convoluta deprehendantur, hinc etiam affectus *chordapſus* dicitur febre lypiriâ, alvo arctiſſime occlusâ & introrſum retractâ, inflatione ventris, reſpiratione difficili, urinæ ſuppreſſione, vomitibus aſſiduis.

Geu. & *Subject.* Eſt morbus auctæ magnitud. cum intemperie calida in inteſtinis.

Differ. Alia *in inteſt. tenuibus* de qua dictum ſuperiùs: alia in *craſſis*, in qua vomitus non ità continuò durat, dolor non ità acutus, hypochondria ma-

magis affligens, lumborum quoque adeſt gravitas, nec tanta ſtomachi diſtenſio, ſpiritûs anguſtia ac tormina in partibus ſuperioribus.

Prognoſt. Affectus hic eſt malum periculoſum breviſſimè durans & non rarò intra biduum curſum abſolvens. ſubinde eam gangræna ſequitur cognoſcibilis ex ſubito ceſſante omni dolore. ſæpiùs ſinè gangræna in ileum lethalem terminatur.

Indicat. Ut in alijs inflammat.

Curat. Fit tractando hunc affectum leniter, nè irritentur crabrones. V. S. quàm primùm administranda ſanguiſque iteratis vicibus tum ex brach. tum ex ped. mittendus, cucurb. ſcarif. applicandæ, clyſt. emoll. & refrig. injiciendi *ex oxycrat. crem. hord. lact.* vel *decoct. hord. cum mell. roſ. ſach. nitr. depur. ad dr.* 1. *ij.* vel *ex lact. cum ſucc. plant.* vel *ſucc. aut decoct. canc. fluv. &c.* vel ℞. *rad. alth. unc. ij. fol malv. violar. à. mj. ſem. cucurb. unc. ſ. lin. pſyl. à. dr. ij. fl. roſ. nymph. à. pj. cham. p. ſ. f. decoct. inſ. q. aq. font. in col. diſſolv. ol. roſ. unc. ij. caſſ. rec. extr. unc.* 1. *M f. clyſt.* purgatio omnino periculoſa, magis proficua *juſcul. alterat. acetoſ. borrag. &c.* julep. emulſ. cum exigua ſaltem doſi *laud. op.* quibus ſi dolor ſucceſſivè remittat & ſequatur ſomnus, ſalva res eſt; ſi non & delitium ſequatur mors certa. extra fiant inunct. *ex ol. viol. cham. amygd. d. cum mucil. ſem. lin. fænug. pſyl. ping. gallin. anat. &c.* catapl. diſcutiens *in lact.* vel *ſer. lact. coct.* vel *ex farin. hord. ſem. lin. in oxycrat. coct. cum ol. roſ.* præ cæteris laudatur *oment. vervec. rec. extr. & impoſ. Diæt.* ùt in alijs inflammat.

Alvi

Alvi Adſtrictio.

NOm. *Alvi adſtrictio, conſtipatio, retentio & ſuppreſſio* Leibs-Hartigkeit/ Mangel der Leibs-öffnung/ oder Stuhlgang.

Defin. Eſt excrementorum in inteſtinis contorum & per alvum excernendorum ultra ornarium tempus accidens retentio: vel eſt difficilis & tardior eorum egeſtio.

Gen. Eſt ſymptoma in retentis p. n.

Subject. Inteſtina potiſſimum craſſa.

Cauſ. intern. Quærendæ vel in contentis vel in teſtin. in *contentis* dum vel deficiunt ex inedia ut alimentis paucis aſſumptis, vel ad motum ſunt epta ſ. ob exſiccationem & indurationem ùt in brib. ardent. crebrioribus exercitijs, convalentibus, in quibus uberior liquidi intra corpus diſtributio. calore p. n. viſcerum, defectu ſeri alias partes translati, nimis parcè bibentibus c. ſeu ob viſciditatem fæcum alvinar. ex aſſumis copioſis viſcidis aliment, vel ijſdem ex vitiadiggeſtione in mucum viſcidum tranſmutatis in hypochond. vitam ſendentariam agentibus c. ſ. eorum coagulationem & condenſationem bilis defectu, vel ejus inertia & lympha pancreara nimis viſcida, auſtera, aluminoſa, ùt in icteis, hyſter. hypochond. &c. *Inteſtinor.* vitio alexcretio plùs minùs tollitur ſ. quando nimis nt coanguſtata ùt in inflammat. gangræn. exeſcentijs &c. ſ. quando deficiunt in ſuo motu riſtaltico ob affectionem vel paralyticam, ùt in

apoplex, paralysi, vel convulsivam, quâ ijsdem irritatis sequitur pertinax fibrar. contractura ùt in nephrit. Colica &c.

Caus. dispos. Splenetici, nephritici, hyster. arthrit. hypochond. litterati, puerperæ & diu decumbentes.

Caus. extern. Cibi tenacem suppeditantes succum ùt spiræ, ov. indurat, mespil. cerasi. cum nucleis. castan. cyd. fructus horæi tenaci pelliculâ obducti ùt uv. crisp. vit. &c. inedia, potus parcior, assumpta diuretica, sudorif. salivantia, mora dejiciendi ob negotia, exercitia violenta, continuus in lecto decubitus.

Prognost. Ex hipp. ventris torpor omnium confusio. interim alvi suppressio pro circumstantiarum varietate plus minùs periculosa. contumacior colicam vel ileum inferre valet. alvus obstructa semper augere solet capitis symptomata. hinc liberа sit in vuln. cap. cephalalg. melanchol. & affectu hypochond. in omnibus morbis salutare est, si alvus respondeat, plùs tamen periculi infert diarrhæa, quàm alvi adstrictio in morbis puperarum statim â partu, variolis & febrib. malig. interdum nimia alvi adstrictio in causa est ut ægri malè habeant in hypochond. sinistro ex retentis ibidem scybalis ob colon angustius, ut ægri falsò habeantur pro splenеticis.

Indicat. Sunt variæ pro causar. varietate. inprimis fæces emolliendæ & fluxiles reddendæ: intestina stimulanda, angustia vel iritatio aut alia quævis causa de medio tollenda.

Curat.

Curat. I. Prohibet purgantia fortiora, nè iliaca passio fortè delitescens excitetur, sed mitiora admittit per os assumpta ùt v.g. semel vel bis in septimana *cass. rec. extr. cum crem. tart. vel* in forma *Elect. elect. de tamarind.* l. *lenit.* l. seq. *burrhi* ℞. *mann. el. unc. ij. syr. de alth. fernel. ros. viol. sol. pom. redol. cass. rec. extr. pulp. tam. pulv fol. senn. à. unc. 1. M. f. Elect.* l. ℞. *Elect. lenit. unc. ij. pulv. rad. mechoac. dr. 1. s. syr. ros. q. s. M. f. el. dos. magnit. nuc. mosch. hora una ante prand.* his addi vel substitui possunt *pulp. tamar. passul. c. si. diacathol. pulv. rad. gial. scam. sulph. chryst. tart. &c.* huc spectat elect. pueril. *Rechberger*, ℞. *cass. rec. extr. pulp. tamar. a. dr. vj. mann. el. cum aq. viol. dissol. unc. 1. s. pulv. fol. senn. dr. ij. s. cum syr. ros. sol. M. f. elect. dos. dr. iij* in forma *potionis* ℞. *mann. calab. unc. 1. ij. dissolv. in brod. carn. col.* l. tinct. senn. ℞. *fol. senn. s. dr. 1. aq. calid. unc. ij. sal. tart. gr. vj. stent per noct. m. filt.* l. ℞. *fol. senn. s. scr. iv. liq. ras. scr. 1. cinam. scr. ij. contus. affund. aq. serv. lib. 1. stet per dimid. hor. col. sinè expressi add. syr. viol. unc. s. M. dos. unc. iv. frigide.* ℞. *fol. senn. sel. unc. 1. passul. min. unc. iv. cinam. dr. iij. fl. viol. mj. crem. tart. dr. ij. his super affund. aq. serv. lib. iv. stent per noct. col. quàm maximè laudatur vinum passulat* Timæi, quod sic se habet. ℞. *passul. min. mund.*

unc. ij. ceraſ. nig. exſiccat. una cum nucleis unc. i. contund. in mort. marmor. ad paſt. affund. aq. font. lib. iv. s. coq. ad reman. lib. iij. in colat. ferventiſſ. infund. ſol. ſenn. ſ. dr. vj. fl. viol. pj. cinam. acut. dr. ij. ſtent in loco calid. per 4. hor. col. & filt. per chart. empor. vel ℞. *paſſul. mai. min. à. unc. iij. fol. ſenn. ſ. unc. i. cinam. acut. dr. iij. contus. ad paſt. affund. vin. rhen. opt. lib. iv. ſtent per diem & noct. col. per chart. empor.* l. panacæ. *ex nit. ſol. ad dr. ij. ſolut. in aq. l. acidul. l. emulſ. amygd.* l. in forma *prun. & paſſul. laxat.* dentur aliquot prun. lax. hora anteprandium l. cænam potiſſimum, cùm ſic manè operentur, quod tempus egerendi commodiſſimum. ℞. *fol. ſeun. ſ. ſcr. ij. z. z. inciſ. ſcr. i. ſacch. unc. s. ligata in linteolo coq. cum prun. dulc. N. xiij. in ſ. q. aq. add. in fine mann. el. dr. iij.* l. ℞. *prun. lax. N. vij. pulv. syr. gr. vj. M. cum cochl. i. s. brod. conſervat. vel cochl. i. paſſul. laxat.* vid. *diſpenſator.* l. in forma *pulv. ut crem. tart. ad dr. i.* vel *tart. vitriol. ad ſcr. i. l. ſolus l. acuat. gr. iij. l. iv. ſcam. ſulph. ex brod.* l. *pulv. diaſenn. montagn.* l. *Wier ij.* ℞. *fol. ſenn. ſ. tart. alb. à. unc. i. ſem. anis. charyoph. cinam. galang. à. dr. i. diagnid. dr. ij. M. f. pulv. dos. à. ſcr. s. ad. dr. i. s. poteſt. etiam. vino infundi* l. *pulv. cholagog. Hoffman.* ℞. *ocul. canc. p. p. nit. puriſſ. rhab. el. à. dr. i. M. f. pulv.*

di-

livid. in 3. p. æq. vel in forma pilul. ùt *pil. aloët.* *q. pend. f. f. aliquot, horis ante cænam. ſumpt.* vel ut plùs operentur tribus vicibus continuis aſ-ſumptæ, ità ut prima doſis ſumatur à parca cæ-na : altera manè die ſequente, & tertia eodem lie veſperì, interim *pil. aloët.* obeſis magìs conve-niunt, quàm gracilibus & hypochond. in quibus ro nunc quidem juvant, ſed in futurum nocent nimiùm exſiccando & calefaciendo. nonnulli ſeq. audant ℞. *aloes ſuccotrin. ℥. reſinoſa parte ſepar. ummm. ammon. vin. ſol. ℥ unc. ſs. diagrid. ſulph. roch. alch. ℥ dr. ij. tart. vitriol dr. ij. M. f. pil. le quibus gr. x. l. xv. dentur poſt cænam. huc uoque ſpectant pilul. Grembſii, Morton. aliorum-ue* vel in forma *enematum*, quæ vel ter in ſe-timana in uſum vocanda, cavendo tamen, ne natura iis aſſueſcat ſic v. g. clyſter. domeſt. para-ur *ex brod. carn non ſalt. lib. i. ſacch. unc. ij. ol. liv. unc. ij. cum vitell. ov. & pauco ſal. l.* ℞. *brod. arn. lib. i. mell. crud. cochl. v. l. vj. ol. oliv. cochl. viij. ſal. dr. i. M.* ℞. *malv. mij. chamom. mj. ſem. arv. dr. ij. coq. in ſ. q. aq. font l. lact. vacc. in col. iſſolv. ùt ſupra.* l. ℞. *decoct. emoll. lib. i. l. rad. lth. dr. iij. malv. violar. pariet. hord. mund. ℥ mj. em. lin. fænug ℥ dr. ij. inciſ. coq. ad conſumpt. ℥ ij. in col. lib. i. diſſolv. elect. diacath. dr. vj. l. lenit. diacath. ℥ dr. vj. ſacch. rub.* l. *mell. viol.* l. *roſ.* l. *nercurial. unc. i.* l. *i. ſ.* l. *mann. ſyr. roſ. ſol. unc. i. ol. viol. amygd. ℥ unc. i. vitell. ov. N. i. cum ſal. M. . clyſt. 6.* in contumaci obſtructione proſunt clyſt. *xol. oliv. & butyr.* l. *ſem. lin. rapar.* ſi talibus non olvatur, acriora ſimul adduntur ùt *ſal. gemm.* l.

paretur clyſm. *ex colocynt.* l. *antimon. vid. Colic.*

II. Poſt clyſmata in uſu etiam ſunt ſuppoſitoria parata *ex ſal. & mell. cum pulv. muſcerd. elleb nig. &c.* vel fortiora *ex mell. cum ſal. gem. & troch. alchand.* vel *ex alumin.* in formam ſuppoſitorij formato. fiunt etiam globuli pilularum major. inſtar. *ex vitell. ov. ad durit. coct. cum fell. bov. liquid. & pauco ſale.* quos Wind-Kugl. vocant, & eos ano intrudunt. it. in uſu ſunt globuli ſacharat. moſchat. Biſam-Kugl.

III. In fæcum retentione ex calore & fervore viſcerum excellit *ſer. lact. tamarind.* vel *paſſulat.* vel *citrat.* utì etiam *acidulæ.*

IV. Extrinſecùs convenit baln. vel ſemicup. frequens, inunct. plantar. ped. & umbilici, quæ magnam cum inteſtinis habent amicitiam, *ex ung. de arthanit. malax. cum ol. diacolocynt.* vel *ex ung. popul. cum hier. pic.* vel *ex ung. dialth. ping. anſ. butyr. majal. ol. amygd. d. cum ſpec. hier. diagrid. colocynt. ſal. gem. &c.*

Dieta victùs ratio ſit refrigerans & humectans proſcriptis fumo induratis, in muria maceratis, ſalſis: in uſu ſint *juſcul. hordeac. avènac. decoct. bet. pom. coct. cum ſach. & prun.* per horam ante prandium ſuper bibendo parùm *vini lymphat. ov. ſorbilia* in prandio ſumpta, *butyr. rec.* nucis quantitate per horam ante prandium ſumpt. ſuper bibendo *vin. lymphat. mic. pan. toſt. ol. oliv. irrorata & manè deglutita.* utilis & *pulp. paſſ.* ſinè addito alio. potus ſit copioſior, diluatur vinum infuſ. vel decoct. *cichor. acetoſ. agrim.* ſumatur ſubinde *vin. paſſulat.* ſollicitetur & ſæpiùs tentetur alvi depoſitio.

Li-

Lienteria & Cæliaca.

NOm. *Lienteria*, *lævitas inteſtinor. diarrhæa aſſumptor.* Roher Speiß Durchlauff / Ma-
ien-Ruhr.

Defin. Eſt celer per ventric. eſculentorum po-
ulentorúmque tranſitus, quo talia inconcocta re-
iciuntur, qualia fuêre aſſumpta.

Gen. Symptoma facultatis retentricis & con-
octricis ventric. & inteſtinorum læſæ.

Subject. Ventric. maximè quoad pylorum, ſub-
nde & tenuia inteſtina coafficiuntur.

Differ. Alia *legitima* ex retentricis infirmitate
orta: alia *ſpuria* orta ex ulceroſa diſpoſitione irri-
ante ad præmaturam excretionem: alia *conſum-
nata*: alia remiſſa. quò ſpectat *affectio ſ. fluxus
æliacus*, *diarrhæa chyloſa* quibuſdam die weiſſe
Ruhr dicta, quæ nempe eſt alimentor. nonnihil
& leviter in ventric. concoctorum chyli ſpecie
per alvum defluxus dependens vel à chyli diſtri-
outione læſa ab obſtructione venar. lactear. à mu-
cilagine viſcida, tenaci, ſ. compreſſione à glan-
dulis ſtrumoſis, induratis, & in his cauſis excre-
menta ſunt liquida plùs minùs flaveſcentia ob
commixtionem bilis & excrementor. cum chy-
lo, vel à chyli ſecretione læſa à fæcibus ob de-
fectum bilis, vel ejus inertiam & aquoſitatem,
atque in hoc caſu excrementa ſunt griſea plùs mi-
nùs albicantia.

Cauſa intern. Lienteriæ eſt tonus ſ. facultas re-
tentrix & concoctrix ventric. & inteſt. læſa vel

ex intemperie frig. & humida, vel ex inſigni debilitate. utì accidit poſt dyſent. nam *teſte Hip. 7. aph. 72. dyſenteriæ ſupervenit lienteria.* vel ex fermento ſtomachi diggeſtivo aut deficiente, aut inerti, aut à varijs contentis obruto & impedito, vel á toni & pylori nimia laxitate accedente leni moleſtiâ & irritatione ſtomachi ſ. ab ulceroſa ejus diſpoſitione ſ. ab humoribus acribus mordacibus.

Cauſ. diſpoſ. Prædiți ventriculo frig. & imbecili.

Extern. Sunt alimenta cruda, phlegmatica copiosè & jejunè ingeſta ùt fruct. horar. fung. venena, refrigeratio ventric. &c.

Prognoſt. Lienteria diu perſeverans periculoſa eſt vires proſternens & vel ad atrophiam & tabem, vel ad cachexiam & hydropem diſponens. idem dicendum de cæliaca. Lienteria ſuperveniens gravioribus morbis ſ. acutis ſ. chronicis ùt plurimùm lethalis.

Indicat. Sunt humores vitioſos evacuare, irritationem, ſi quæ adſit, ſiſtere ac ventric. & inteſt. adſtringentibus aromaticis & moderatè acidis roborare.

Curat. fit I. Evacuantibus per inferiora & quidem per ea, quæ præter vim laxativo-abſterſivam ſimul nonnihil adſtringunt ùt *rhab. toſt. infuſ. rhab. myrob. cheb. agar. zz. fæn. roſ. rub. in vin. abſint. pil. maſt. aleophang. emanuel. aq. pend. f. f. &c.* vid. *diarrh. & dyſent.* vomitoria in præſentia excrementor. ventriculi pituitoſorum aliorúmque vitioſor. retentorum convenire poſſunt, ſed mi-

mitiora, cùm fortiora nimis tonum ventric. magis laxent, aut certè malum irritent.

II. Internis ſtomachicis utendum, ex quibus ſimpliciora & paratu faciliora hîc ſæpiùs plùs præſtant, quàm compoſita ùt v. g. *zz. condit. nux. moſch. condit. cyd. condit. elix. vitr. minſ. prop. v. præſertim ſinè acido. meſpil. condit. eſſ. & vin. abſint. aq. cinam. cum ſyr. corall.* it. *tinct. corall.* omnia *ex maſtiche.* parata ùt *aq. ſp. ſyr. de maſt. tim. pulv. maſtich. ex vin.* vel *ov. ſorb. cum nuc. moſch.* vel *in pil. cum ſucc. abſint.* vel *in bol. cum conſ. ment.* laudatur etiam euporiſton *Foreſt. ex vitell. ov. ſuper tegul. ignit. aſſato. & pulv unius nuc. moſch. conſperſ.* vel illud *helm. ex 2. vitell. ov. indurat. & acet. intinct.* prodeſt *& vin. abſint. chalybeat. vin. infuſ. abſint. ment. meliſſ.* &c. it. *pan. biscoctus in ſp. vin. macerat. ac ther. illit. myv. cyd. aromat. cum pauca ter. ſig.* it. *ther. diaſcord. fracaſt. decoct. ad lienter. querc.* elect. *Amat. luſit.* à pluribus commendatum & parat. *ex conſ. roſ. ther. opt. ſp. vitriol. & myv. cyd. arom. ſ. q.* vel elect. *ex conſ. ment. vitriolat. diaſc.* vel *ther. ter. ſig. ol. deſt. cinam. & ſucc. cyd. ſ. q.*

III. In metu vel ſuſpicione veneni eodem per debitas vias evacuato dentur alexi pharmaca mixta adſtringent. quæ etiam locum habent in lienteria excitata à fungis vel fruct. horæis &c.

IV. Inter extrinſeca conveniunt inunct. *ex ol. deſt. nuc. moſch. expr. ol. deſt. ment. abſint. fæn. junip.* &c. vid. *vomit.* it. *cruſt. pan. malvat. ebria & ſpec. diacum.* vel *arom. roſ. conſperſ.* it. empl. *ſtipt. minſ.* vel parat. *ex tacam. maſt. cum ol. maſt.* vel

ſaccul. *ex abſint. ment. roſ. rub. maſt. nuc. moſch. charyoph. zz. zed. &c.* vel catapl. *ex ferment. cum arom. &c.* aliáque in vomitu propoſita.

V. In cæliaca p.p. ex uſu ſint abſtergentia, aperitiva, amara ſtomacho ſimul grata ùt *eſſ. abſint. cum tinct. chalyb.* vel *tart.* vel *antim.* it. *ſp carmin. de 3. ex aq. ment.* vel *vin. abſint. ſp. ſal. armon. cum ſp. cochlear. mixt. ſal. vol. oleoſ. liq. cc. ſuccin. qui paratur ex unc. 1. ſp. cc. & dr. s. ol. ſuccin. alb.* it. remedia parat. *ex ment. abſint. agrim. rad. aperit. cich.* cujus amaror abſterſivus egregius eſt, quàm maximè etiam hîc proſunt *acidulæ.* vid. *obſtruct. epat. ſcirrh. &c.*

Diæt. Aër & victus cauſæ contrarientur. *vinum* in cauſa frig. generoſius vel *abſint.* in calidiori oligoph. convenit, cibi adſtringentes præcedant. ſomnus & quies omnes fluxiones ſiſtunt & coctiones adjuvant. poſt cibum ſumatur *pulv. pept.* reliqua vid. in *c. ſeq.*

Diarrhæa.

NOm. *Diarrhæa, alvi fluxus, alvi profluvium.* Durchbruch/ Durchfahl.

Defin. Eſt frequens variorum liquidorum plus minùs naturalium aut corruptorum excrementorum excepto ſanguine vel alimento crudo per alvum excretio dependens ab irritatione expultricis inteſt. ſ. ab humorum copia, ſ. qualitate vitioſa.

Gen. Eſt ſymptoma in excretis toto genere p.n.

Subject. principal. Sunt inteſtina quoad eorum fi-

ibras & glandulas irritatas & ſpaſmodicè contra-
ctas non excluſo ductu pancreatico & choledo-
cho. minùs principale ſ. ſubjecta cauſæ & partes
mittentes plures ſunt ùt ventric. hypoch. uter.
& ſæpiùs tota M. S.

Differ. Alia eſt *artificialis* inſtituta per medi-
camenta: alia *naturalis* ipſo naturæ motu conci-
tata: hæc vel eſt *ſpontanea* accidens ſ. ob erro-
rem externum ùt v. g. ex aſſumptis fruct. horæis,
refrigeratione corporis nocturna. ſ. ob internam
materiæ metaſtaſin ſ. ex mutata diæta in peregri-
nationibus ſ. in mutatione anni temporis ùt in
diarrhæis ſpontaneis vernalibus vel autumnali-
bus: vel *non ſpontanea* & quidem nunc *critica*,
accidens in declinatione morbor. cum euphoria:
nunc *ſymptomatica* accidens in princip. v. g. feb.
malig. huc ſpectat *colliquativa* ſic dicta, quia ros
partium nutritivus ac ipſa M. S. ex texturæ mu-
tatione ità fatiſcunt, ut inſtar liquaminis ſeroſi
fætidi copiosè per alvum evacuentur cum juncta
maciatione & virium debilitate: contingere hæc
ſolet in feb. malig. hectic. phtyſicis. quos aliquam-
diu ante mortem præcedit, eóſque ſaltem ab hy-
drope præſervat: it. alia eſt *benigna:* alia *mali-
gna, epidemica plùs minùs contagioſa,* it. ratione
variorum excretor. alia dicitur *bilioſa* cum excre-
tis flavis per vaſa choledocha copioſiùs tranſco-
latis: alia *ſeroſa* excretis aqueis per vaſa pancrea-
tica uberiùs effluentibus: alia *melancholica* cum
excretis nigris: alia *pituitoſa* cum excretis viſci-
dioribus minùs tinctis: alia *ſtercoraria, fœtida:*
alia in qua excernuntur *cineritia alba* vel *pinguia*

&

& ſebacea ùt in phtyſicis. it. ratione partium mandantium alia dicitur *epatica, ſplenetica, ſtomachalis, hyſterica, cerebralis:* de qua ait *Hip. 7. aph. 30. quibus per diarrhæas ſpumoſa ſunt alvi excrementa, iis è capitè fit defluxio.* tandem alia eſt *accidentalis* alia *habitualis* diu ad longum tempus perſeverans ventriculo ac inteſtinis ex vitio fermenti ſtomach. & bilis adeò irritabilibus ſucceſſivè evadentibus, ut leviſſimo objecto v. g. potu ordinario ad ſui contractionem irritentur.

Cauſ. immediat. Eſt glandularum & fibrarum nervearum in inteſtinis irritatio.

Mediatæ. Humores acres nunc bilioſi & alcalini ex acrimonia ſanguinis lixiviali geniti, nunc ſæpiùs acidi, volatiles, acres vel invicem mixti, vel etiam maligni, vel minima ſaltem prædictorum humorum fermenta nunc inteſtina ſolùm irritantia, unde humorum tranſcolandorum uberior affluxus, nunc etiam fermentando & colliquefaciendo M. S. & ſpeciatim chylum quaſi muſteum nec adeò perfectè ſanguini adhuc aſſimilatum ea in liquamen excrementitium convertentia.

Cauſ. Diſpoſ. Debilis conſtitutio viſcerum coctioni inſervientium præſertim fermenti ſtomach. deficientis vel inertis & bilis acrioris, unde chylus acris, ſalſus, inteſtina ſtimulans. it. magìs diſpoſiti ſunt, qui denſæ ſunt texturæ & cutim habent ſpiſſam: it. temperamento ſeroſo præditi, infantes, dentientes, ſenes, balbi, qui *teſte Hip. 6. aph. 32. maximè alvi profluvio corripiuntur.*

Cauſ. extern. Sunt aſſumpta facilè effervescibilia

bilia aut corruptibilia ùt fruct. horæi, mala per-
ic. melon. cucum. prun. fungi, muſt. rec. cereviſ.
non defæcat. aër hybernal. autumn. vernal. epi-
lem. purgantia fortiora, venena, mæror, timor,
ra &c.

Sign. diagnoſt. In defin. dicta, jungitur ſæpiùs
alvi fluxui appetitus ùt plurimùm dejectus, ſitis
econtra aucta: ſubinde ſimul vexant ructus, fla-
rus, ſubinde etiam tormina aut borborygmi im-
mediatè excretionem præcedentia, ſigna etiam
imminentis diarrheæ ſunt *teſt. Hip. in coac. &*
aph. ructus, flatus, ſtrepitus ac elevationes ven-
tris, hypochondrior. murmura ac lumbor. dolor.

Prognoſt. Diarrhæa critica eſt optima & illa,
quæ ob materiæ metaſtaſin vel ſpontaneum hu-
morum motum accidit cum levamine & facili to-
lerantia, de quibus *Hip.* 1. *aph.* 2. ait: *in turba-*
tionibus alvi & vomitibus, qui ſponte fiunt, ſi qua-
lia oportet, purgentur, confert & facilè ferunt: ſi
minùs contra. hinc etiam *celſ. l. 4. c.* 19. ait: *uno*
die alvum fluere ſæpè pro valetudine eſt, atque
etiam pluribus. dummodo febris abſit, & intra 7.
diem quieſcat. præſertim autem diarrhæa haud
nocet, quamdiu appetitus & ventriculi concoctio
in ſalvo ſunt. diarrhæa ſymptomatica ſi non ſem-
per: ſaltem ùt plurimùm mala tum impediens
coctionem tum vires proſternens, tum ſequens ùt
plurimùm colliquationem, in febribus malig. cum
cæteris malis ſignis plerumque lethalis. dejectio-
nes ſinceræ in morbis acutis peſſimæ denotantes
exuſtam omnem humiditatem ab æſtu febrili, de-
jectiones pingues viſcoſæ, paucæ graveolentes

letha-

lethales, colliquationis indices. malæ in febribus acut. dejectiones spumosæ denotantes vel summum caloris incendium, vel flatuosum spirituum humori commixtum. copiosior alvi dejectio in quolibet morbo mala præsertim, si conjuncta cum ventre subtumido, ob calorem debilem flatus & cruditatem generantem. paucæ dejectiones quoque malæ, vel quæ statim ubi inceperint, sistuntur. dejectio liquida, quæ cum acuto morbo incipit & cum eodem perseverat mala denotans magnam materiæ morbificæ copiam, vel malignitatem. *pleuritide aut peripneumoniâ detento diarrhœa superveniens malum. ex Hip. 6. aph. 16.* intellige si accidat in principio vel viribus summè debilitatis, & morbi hi valde graves sint. id. *6. aph. 17.* ait: *ophtalmiâ laborantem alvi profluvio corripi bonum.* ob revulsionem causæ morbificæ. id. *6. aph. 15.* ait: *longo alvi profluvio detento vomitus sponte superveniens morbum solvit.* id. *7. aph. 29.* ait: *si leucophlegmatiâ detento fortis diarrhœa superveniat, morbum solvit.* id. *5. aph. aph. 34.* ait: *mulieri utero gerenti, si alvus multum fluat, periculum est, nè abortiat*, mala sunt excrementa alvi vitellina, viridia, æruginosa, variegara, valde fætida, livida, vel nigra (nisi in splenericis vel ex assumptis martialibus) *ex Hip. in prog.* unde etiam *Galen. l. de at. bil.* ait: *quibus nigra vel per alvum vel per vomitum in morbis gravibus secedunt, omnes moriuntur. Hip.* insuper *7. aph. 6.* ait: *in morbo diuturno cibi fastidium & sincera dejectiones malum.* malæ quoque præsertim in acutis dejectiones albæ indices vel icteri,

vel

vel colliquationis, vel bilis aliò delatæ. mala dejectio liquida, quæ non ſentientibus effertur delirium aut caloris nativi exſolutionem oſtendens. mala excrementa alvi fluida cum dolore aut laborioſa & frequenti dejectione excreta, vel ſi inter excernendum ſuperveniat animi deliq. bona ſunt alvi excrementa liquida, quæ in progreſſu morbi ſenſim craſſeſcunt. hydropicos diarrhæâ affectos ſæpè evadere: ſæpè etiam mori obſervavit *Plater.* à maleficio orta rarò curatur, ſed doloribus conſumptos tabe plerúmque perire facit *teſt. Mercat.* bona eſt diarrhæa, quæ in gravidis ultimò tempore partum reddit faciliorem vel quæ ſequitur lochia retenta poſt 9. vel 10. partùs diem. Mala dejectio crocea rubiginis ferri diſſolutæ aut lateris rubri non abſimilis. perniciosæ ſunt diarrheæ in morbis pectoris, in puerperis, in infantibus febre maligna correptis. diarrheæ ex mærore & animi pathematibus exortæ ſunt ferè incurabiles, ſi cauſa mæroris perſtiterit, ſupervenit etiam febris erratica ac atrophia cum interitu ægri.

Indicat. Sunt acrimoniam humorum ſ. fermenti peccantis temperare, corrigere, excrementa vitioſa abſtergere, irritationis ſenſum ſiſtere, inteſtina & ventric. roborare.

Curat. fit I. Naturæ motum conſiderando, quamdiu non excedit, neque lædit appetitum & coctionem ventric. neque parit defectum bilis aut ejus corruptelam, neque cauſatur inteſtinor. atoniam, vel nimiam irritabilitatem; hinc adſtringentia quà talia in principio vitanda, nè lupus includatur in ſtabulo ac periculoſæ ad alias partes fiant metaſtaſes.

II.

II. Utendum abstergent. tam per os assumptis, quàm per alvum injectis præsertim cùm excernenda varia vel in primis vijs congesta, vel ad hæc loca aliunde moventur, vel quando ex fruct. horæis malum recens natum est. abstergentia per os assumpta sint rhabarbarina ùt in forma *pulv.* ℞. *rhab. tost. dr. s. l. scr. ij. ad chart.* ℞. *rhab. leviter tost. dr. s. myrob. cit. scr. s. nuc. mosch. gr. vij. M. f. pulv.* l. ℞. *rhab. tost. scr. iv.* l. *dr. ij. pulv. lig. alo. scr* 1. *ol. mac. gut. v. M. f. pulv. divid. in 2. l. 3. p. æq.* in forma potion. ℞. *aq. lax. unc. ij. s.* l. *iij. rhab. tost. pulv. dr. s. syr. ros. sol.* l. *de cich. cum rhab. syr. de myrob. cum rhab. à. dr. vj. aq. cinam. dr. ij. M.* ℞. *rhab. el. dr. 1.* l. *ij. myrob. cit. dr. s. saut. citr. scr. s.* alii etiam addunt *Tamarind. inf. in aq. plant. s. q. in express. dissolv. rhab. pulv. dr. s. syr. ros. sol.* l. *de cich. cum rhab. unc. 1. crem. tart. scr. 1.* l. *dissolv. mann. el. unc. 1. s. pulv. rhab. dr. s. syr. myrt. unc. s. M.* in forma *clyst. absterg.* parantur illi l. *ex brod. carn. cum sacch. rub. mell. ros. & vitell. ov.* l. quandoque pro acrimonia temperanda *ex lact. chalyb.* l. ℞. *decoct. hord. lib. 1. mell. ros. col unc. ij.* l. *iv.* l. ℞. *hord. integ. pj. furfur. mac. ros. rub. à. pj. liq. ras. passul. à. unc. 1. coq. ad lib. 1. in col. dissolv. sacch. alb. unc. 1. vitell. ov. N. ij. M.*

III. Vomitoria maximè convenire possunt, cùm maximè urgent stomachi symptomata, & exinde diu-

liuturnior evadit affectus, prout ait *Hip. 2. aph. 15.* ongo alvi profluvio detento vomitus ſponte ſuperveniens bonum, hinc etiam quàm maximè in contumaci diarrhæa laudatur radix Braſſilienſis pecacuanha vomitum movens.

IV. V. S. non convenit, niſi recrementa fermenteſcibilia ex ſanguine deponantur in inteſtina & febris accedat, vel ſi jungatur dolor aut inflammatio.

V. Diaphoreſis pro viribus conſervanda. immo interdum promovenda præſertim in epidemia, ſudor enim diarrhæis ſuperveniens morbum ſiſtit.

VI. Opiata hîc maximè proficua utpote ſenſum irritationis ſopientia ùt *ther. diaſcord. laud. pp.* ſ. ſola, ſ. quod meliùs appropriatis mixta.

VII. Veniendum ad præcipitantia, abſorb. adſtringent. & ventriculum, cujus in quovis alvi fluxu ſumma habenda ratio, roborantia: ex quibus inter ſimplicia excellunt *pulv. rad. torm. ad ℔ ſ.* ſingulis 2. l. 3. horis exhibitus vel *ejus extr. rum laud. op. fol. plant. in juſcul. coct. & ſpeciatim ſem. plant. cydoniata quælibet, coralliata, cc. gelat cc. ter. ſig. ſmaragd. pp. cryſt. pp. meſpil. cond.* aut quod præſtat *cruda ex obſ. Foreſt. rob. ſorb. nux. moſch. mac. maſt. ova vitell. indurat. & acet. roſ. temperat. bol. arm. croc. mart. &c.* ex compoſitis exhiberi poſſunt mixtur. v. g. ℞. *aq. ment. torment. plantag. à. unc. 1. ſ. cinam. cydon. unc. ſ. diaſcord. fracaſt. ſcr. iv. terr. ſig. ſcr. ij. antim. diaph. ſcr. 1. laud. op. gr. ij. iij. ſyr. cydon. unc. ſ. M.* pulver. ℞. *troch. de carab. de ſpod. à dr. ij.*

ſem. plantag. ſcr. iv. M. f. pulv. cujus doſ. dr. i. exov. ſorb. l. ℞. pulv. gr. act. quercet. corrall. rub. p.p. terr. ſig. rub. cc. uſt. p.p. à. ſcr. iv. M. divid. in 4. p. æq. ℞. corrall. rub. p.p. ar. ʒ. rad. torment. nuc. moſch. à. dr. ij. cc. uſt. pulv. dr. i. s. M. dos. dr. s. bis in die cum vin. rub. l. cydon. Electuar. ℞. cons. ros. rub. vet. unc. iij. diacydon. cum ſpec. unc. i. condit. cort. cit. unc. s. ſpec. arom. ros. dr. i. corrall. rub. p.p. ſcr. ij. lig. alo. ſcr. s. terr. ſig. ſcr. i. myv. cydon. q.ſ. M. f. Elect. l. opiat. Amat. Luſitan. ℞. cons. ros. rub. unc. vj. ther. androm. dr. iij. cum myv. cyd. ſ. q. M. f. el. dos. unc. s. nihil ſuperbibendo l. ℞. cons. ros. vet. unc. iv. nuc. moſch. incis. N. i. pulv. rub. pannon. cc. phil. p.p. corrall. rub. p.p. ſant. rub. à. dr. s. cum ſyr. corrall. & rub. id. ſ. q. M. f. Elect. Bolus v. g. ℞. cons. ros. rub. dr. i. ther. androm. ſcr. i. laud. op. gr. i. M. f. bol. addi et. poteſt conf. alk. vid. *dyſent.*

In hypercatharſi conveniunt *ther. andron. cum aq cinam.* it. *ter. ſig. cc. ſ. ign. pp. antim. diaph. diaſcord. ther. laud. op. vin. gen.* vel *abſint.* clyſt. *ex lact. cum ther.* ℞. v. g. *cort. gran. unc. s. roſ. rub. pij. coq. in lact. vacc. ſ. q. in col. lib s. diſſolv. diaſcord. unc. s. l. ther. and. dr. iij. M.* ſi crebrius & parcius dejiciant ægri &c. in diarrhæa nocturna catarrhali p.p. locum habent *veſicat. & fontic.* in epidemica miſceantur *alexipharm. abſorbentibus & adſtringent,* in habituali conveniunt *thermæ.*

VIII.

VIII. Inter extrinseca convenit *ther.* ventriculo & umbilicali regioni impos. vel sola vel mixta. *rum aa. balſ. peruv.* vel *cum ung. comitiſſ.* & *ter. ig.* inunct. ventris *ex ol. maſt. ment. abſint. nard. nuc. moſch. expr. ol deſt. ment. carv. mac.* &c. *mpl. ſtom. hartin. panno ſcarlat. induct. cruſt. pan. vin. auſt.* vel *acet. ebria.* ac *pulv. nuc. moſch. conberſ.* l. ℞. *pan. ſeclan. unc. iij. cydon. unc.* 1. *coq. n vin. rub.* & *acet. col. conſiſt. pult. add. pulv. terr. ig. rad. torment. conſol. m. à. dr. vj. M. l. maſt nuc. moſch. Caryoph. vid. vomit.* ſuffitus ab infra ſuſcipiendi *ex tapſ. barb.* vel *fol. conyz.* aliáque in vomitu & cholera propoſita. v. g. ℞. *thereb. coct. unc. s. thur. maſt. à. ſcr. iv. confracta dentur ad hart.* proſuffit. poſſet addi *dr. s. lig. alo.*

Diæta Aër ſit temperat. vitetur frig. cibus ſit paucus, moderatus & excarnis ùt *oryz. in lact.* vel *brod. coct. pultic. amygd. ov. indur. ov. ſorbil. cum pulv. nuc. moſch.* vel *traga. cydonia cocta* paulo ante cibum ſumpta, *carnes volat. aſſæ* &c. alias nocet multus carnium eſus alvi fluxu laborantibus, vitentur etiam cibi crudi, acidi, ſaliti, fumo indurati, legum. ob occultum acidum, pinguia & humida omnia. pro potu convenit, ſi febris abſit, *vin. abſint.* vel *rubrum ſtipt. aq. chalyb. dilut.* vel *cereviſ. mediocris injecto pane toſt. nuc. moſch. conſperſ.* l. *decoct. maſt.* vid. vomit. l. *vitrum fumo maſtich. accenſ. repletum aqua poſtmodum repleatur* l. *decoct. cc. cum cydon. ſiccat.* ſi febris adſit cum vigilijs, detur *emulſ. amygd. d. cum decoct. cc.* it. aliàs in cauſa calida *tinct. roſ.* vel *aq. chalyb. cum ſucc.* vel *ſyr. gran.* vel *decoct.*

cc. vel ſem. coriand. ſcorz. torment. &c. cum ſyr. corall. gran. myv. cyd. vin. gran. cyd. &c. de cætero ſomnus & quies optimum cruditatum & fluxionum ſunt remedium. poſt paſtum trag. in uſum vocanda v. g. ℞. ſem. coriand. p p. unc. s. ſant. rub. dr. ij. nuc. moſch. dr. 1. man. Chriſt. perl. unc. 1. s. l. ℞. conf. ſem. aniſ. fænic. à. dr. ij. cort. cit. condit. dr. 1. marg. corrall. rub. p. p. à. dr. s. cinam. acut. ſcr. ij. ſacch. roſ. tab. unc. iv. M. f. trog.

Dyſenteria.

NOm. Dyſenteria, difficultas inteſtinor. Die Ruhr oder das Ferch.

Defin. Eſt diarrhæa ſ. dejectio alvi frequens plùs minùs cruenta, ac torminoſa dependens ab irritatione & exulceratione inteſtinor. ab humore acri.

Gen. Eſt ſymptoma in excretis.

Subject. Sunt inteſtina nunc craſſa, nunc tenuia, nunc ſeorſim, nunc conjunctim ventriculo ſubinde etiam in conſenſum tracto.

Differ. Alia eſt *cruenta* die rothe Ruhr: alia *incruenta ſ. alba* die weiſſe Ruhr / ubi excreta vel ſola ſunt mucoſa vel ſaltem cruorem exſuperant: alia eſt *benigna ſporadica*: alia *epidemica contagioſa* plures eodem tempore inficiens & ſæpiùs interficiens: alia eſt *primigenia*: alia *ſymptomatica*: alia eſt *cum febre*: alia *ſine febre*: alia *in inteſtinis tenuibus* dolorem habens intenſiorem quaſi cultris inteſtina diſcinderentur, locus doloris eſt circa umbilicum & magis in regione hypogaſtri-

ſtrica : tardior poſt tormina contingit excretio, ſanguis etiam & mucus magis permiſta ſunt excrementis, ac ad vomitum & anxietates magis ſtimulantur ægri : alia *in inteſtinis craſſis* in qua dolor remiſſior & obtuſior, infra & juxta ſtomachum ac circa latera, celer poſt tormina fit excretio, ſanguis & mucus minùs confuſa ſunt cum excrementis, minor ad vomitum eſt ſtimulus ac minùs malè ſe habent ægri : alia eſt *remiſſa & magis recens* orta ex ſimplici irritatione inteſtinorum, quâ ſpaſmodicè contracta motu quaſi vermiculari ſe torquent, ac nunc mucum nunc ſimul ſanguinem fundunt & exprimunt. non enim ulcus ſemper adeſſe ex eo patet tum quia non tam citò curari poſſet, cùm aliarum partium membranoſarum ulcera ſint ferè incurabilia : alia *intenſa, gravior, & diuturnior* conjuncta cum ulceratione: alia *dolens*, alia *indolens*, in qua uſque ad extremum halitum nullum ægri percipiunt dolorem, qualem Bartholin. obſervavit 1669. & ex qua omnes penè mortui ſeu ob majorem malignitatem ſeu inteſtinorum gangrænoſam conſtitutionem ſenſum omnem excludentem hanc & ego aliquoties ita deprehendi : alia eſt *incipiens ſ. in primo gradu*, dum exulceratio eſt in ſuperficie inteſtinor. ac mucoſum quid exiguo cruore mixtum excernitur ; alia *ingraveſcens & in ſecundo gradu* dum fibræ & ramenta inteſtinor. cum ſanguine excernuntur : alia *confirmata & in 3. gradu*, dum veluti carunculæ ſ. fruſtula ſubſtantiæ inteſtinor. excernuntur, quæ tamen potiùs vi-

dentur esse glandulæ tumefactæ & separatæ; de hac loquitur *Hip. 4. aph. 26.*

Caus. immediat. Est intest. vellicatio, irritatio, excoriatio & exulceratio.

Mediat. Humores summè acres, corrosivi, bilioſi, acidi, salsi, maligni intestinis specificè inimicissimi, vel horum minima ac subtilia fermenta prosapiæ antimonialis, elleborinæ, esulinæ vel colocynthideæ, quæ acrimonia ac specifico suo sapore intestinis insensissimo vellicando & irritando dysenteriam excitant.

Caus. dispos. Ætas juvenil. pueril. viril. homines lentiginosi, humoribus valde mobilibus, fluidis & acribus præditi, & quibus oscula venar. levi negotio in intestina hiant & sanguinem effundunt.

Caus. extern. Aër æstivus, autumnalis, epidemius, variæque ejusdem anomaliæ, nam ex *Hip. 3. aph. 1. mutationes temporum pariunt morbos.* esculenta & potulenta siniſtro siderum influxu, maláque aëris dispositione inquinata, vel per nebulas & pluvias insalubres infecta præsertim fruct. horæi, ut pruna varia, mala perſic. cucum. melon. &c. fruct. immaturi, esus uvarum, potus musti, dulcia, sacharata, mellita: it. aquar. corruptela & infectio, inunctio mercur. purgantia, venena, suppres. mens. hæmorhoid. contagium, quatenus nempe miasma dysentericum per latrinas vel quocumque modo & loco intra corpus admissum fermentationem quandam in humoribus efficit, quâ moti & peculiarem malignitatem adepti unacum miasmate ad intestina ruentes eadem exulcerant.

Sig.

Sign. diagnoſt. Dolor torminoſus, & quoties dejicitur alvus, ingens cruciatus & inteſtinor. depreſſio cum dolore, & moleſtiſſimo viſcerum omnium quaſi deſcenſu, dejectiones non ſunt ſtercoreæ ſed nunc ſimpliciter mucoſæ, nunc intermiſtim ſanguineæ, nunc ſimpliciter ſanguineæ. mucus iſte non eſt ſanies aut pus, utut talia in graviori & diuturniori dyſenteria eſſe poſſint, nec pituita naturaliter obliniens parietes inteſtinor. ob nimiam ejus copiam, quæ excernitur, ſed nutrimentum eorum proximum non rite aſſimilatum, atque ex his ſucceſſivè plorans nunc ſub forma muci, nunc ſeri cruenti. adeſt ſubinde febris plùs minùs intenſa, lingua ſubalbida mucilagine densè obſita, & ſi vehementiùs æſtuet corpus, nigra etiam & ſicca, vires inſigniter proſternuntur, ægri ſunt anxij, inquieti, inſigniter ſitientes, dyſuriâ laborantes, ſubinde ſanguis ſincerus confertim effluit ex corroſione majorum vaſor. quandoque inteſtina inflammantur & gangrenâ incurabili afficiuntur, interdum aphtæ fauces obſident præſertim ſi intempeſtivè ſupprimatur, ſucceſſivè etiam ſimul afficitur inteſtinum rectum, hinc doloroſiſſimus teneſmus.

Proguoſt. Dyſenteria malum ſordidum fætidúmque, quò magis in ea tenuia afficiuntur inteſtina & præſertim *teſte Aëtio* jejunum, eò periculoſiùs laborar æger: nam ex *Hip. 6. aph. 24. ſi quod gracile inteſtinum diviſum fuerit, non coaleſcit.* & *econtra.* vomitus bilioſus in princip. morbi periculoſus. *Hip. 4. aph. 24.* ait: *difficultas inteſt. ſi ab atra bile inceperit, lethalis:* ob ul-

cus nempe cancroſum, id. *4. aph. 26.* ait : *ſi ei, qui difficultate inteſt. laborat veluti caruncuiæ per inferiora exierint, lethale eſt.* id. *6. aph. 3.* ait : *in longis inteſt. difficultatibus cibi faſtidium malum & cum febre pejus.* Dyſenteriæ, in quibus excreta viridia, nigra aut varia, aut admodum graveolentia & cadaverosa peſſimæ. convulſiones ac deliria & vigiliæ immodicæ ſupervenientes mortem indicant. Dyſenteria indolens ſæpè mali ominis eſt necroſin oſtendens. Dyſenteria, quæ cum vomitu affligit, & quæ ferè jungi ſolet cum ſingultu peſſima eſt, cùm periculum ſit, nè & ipſe ſtomachus ſit affectus. Eſt autem ſingultus admodum malus, qui in progreſſu morbi ſupervenit, cùm in princip. non adeò ſit funeſtus. dyſenteria ſi eſt ſymptoma febris malig. aut variolarum periculoſa, & ferè lethalis. Dyſenteriæ ſuperveniens febris, aut ſi quæ aderat, intendatur, malum oſtendens inflammat. aut inſignem inteſt. corruptelam, lienteria ſuperveniens dyſenteriæ admodum mala. aphtæ dyſenteriæ ſupervenientes ùt plurimùm lethale indicium. ſi in dyſenteria poſt autem ſiniſtram vel dextram nigra macula vel tubercula appareant, æger citò moritur. gravidæ dyſenteriâ laborantes ſunt in ſummo abortûs periculo, ſi verò partus legitimus ſuperveniat, eadem ſubinde liberantur. quoties in dyſenteria teneſmus adeſt cum hiatu ani, ut clyſt. injecti ſtatim elabantur, aut cum tanta adſtrictione, ut nihil intromitti poſſit plerúmque mortis ſignum eſt, cùm hîc tumor inflammatorius, & illic adſit paralytica diſpoſitio. qui ex dyſenteria intereunt,

præ-

præcipuam mortis cauſam habent gangrænam & ſphacelum inteſt. quod obſervatur plerúmque triduo ante mortem, ubi ſitis & dolor non ampliùs urgent, & extrema frigent. pulſus fiunt debiles, exiles, inæquales, paucíſque ante mortem horis delirant. ſenes & pueri ex hoc morbo ſæpiùs pereunt, quàm in media ætate conſtituti, *ex Hip. in prog.* periculoſior eſt dyſenteria, in qua floridus excernitur ſanguis: imò qui cruorem purum fundunt cum continuis & ferè momentaneis ſedibus cum vigilijs, anxietate cordis, ſiti intenſa & ſudore frig. mortem incurrunt, dyſenteria aliquando intra 14. dies abſolvitur: ſubinde etiam ad 6. ſeptimanas ſe extendit, & tamen ægri moriuntur. ſi dyſenteriæ ructus ſuperveniat vel crepitus ventris bonum ſignum eſt redeuntis nempe fermenti diggeſtivi, hydrops ſuperveniens dyſenteriæ lethale ſignum *teſt. Hip.* ſi adeſt linguæ inflammatio & deglutiendi difficultas malum abſolutè lethale, uti etiam raucedo & vocis deperditio. ſummè periculoſa eſt dyſenteria in laborantibus ſuppreſſ. menſ. opiata antidyſentericis mixta ſi p. p. exhibeantur & primâ nocte effectum ediderint, ità ut æger ſentiat levamen, curabitur, ſi verò nullum, morietur, infantum dyſenteria, quæ fit cum vomitu & vermibus plerúmque lethalis juncta inprimis cum febre acuta. malum in dyſenteria, ſi lumbrici ſimul infeſtent, ſi extrema frigeant, ſi torſiones nullis aut brevibus intervallis ſint interciſæ, l. ſi derepente alvum ſileant. ſiniſtri inſuper ominis eſt dejectio gluttinoſiſſima, qualis ex veſica calculoſa excer-

ni ſolet item ſi excrementa rubiginem ferri diſſolutam repræſentent. ſi poſt uſum opiatorum altero mane color oculorum ægri ſit immutatus, non ſuperabit æger morbum ex obſervat. nonnullorum: ſecus reconvaleſcet. Ex dyſenteria intempeſtivè ſuppreſſa ſupervenire poſſunt inflammationes Meſenterii, Melancholia, inſania, pleuritis, ſanguinis vomitus, epilepſia & hydrops.

Indicat. Sunt ſordes & cauſam morbificam abſtergere: irritationem inteſt. ſiſtere, ſalia acria temperare, malignitatem infringere, miaſma contagioſum eliminare, noxámque inteſtinis illatam reſtituere.

Curat. fit I. Abſtergentibus per os exhibitis, ſi corpus cacochymicum, vel malum ortum fuerit ex fruct. horæis, & dyſenteria ſit benigna, ſecus enim & in maligna cautiùs his utendum. dari poteſt vel *pulv. rhab. toſt. cum mirob. cit. & nuc. moſch.* vel *aq. plant. aut laxat. cum pulv. rhab. & ſyr. roſ. ſol. de mirob. cum rhab.* vel *tinct. rhab. aut infuſ. rhei in aq. plant. aut decoct. tamar. mirob. &c. cum ſyr. roſ. roſ. de cich. cum rhab. de mirob. cum rhab. &c.* vid. diarrhæ. ex RR. aliqui admiſcent *unum vel dimid. gr. laud. op.* nè hypercatharſis augeatur. alij econtra hoc intermittunt & veſperi poſt operationem purgantium laudanum exhibent, ut fluctus excitati ſopiantur. exhibenda autem bis l. ter ejuſmodi purgantia abſterſoria interpoſitis aliquibus anodynis. vomitoria ſuſpecta, nè materia inteſtina ſuperiora & ventric. verſùs trahatur: convenire tamen poſſunt, ſi oriretur à pharmaco maligno aut veneno, vel ſi æger

ſit

ſit nauſeabundus & humor in ventriculum reſtagnare videatur; immo RR. Rhabarbari loco exhibent Braſilienſem radicem ipecacuanham, quæ vomitum ùt plurimùm ciet, & intra triduum ferè affectum hunc curat. circa uſum hujus radicis Not. 1. eam per 3. dies ſucceſſivè m. exhibendam *adſcr. 1. l. dr. s. ex brod. calid. l. cereviſ.* hinc hora elapsâ. præter propter l. pituitam l. bilem vel acidum aliquid vomitu reddi. 2. Illos, quibus primis ſtatim morbi diebus propinatur, certius auxilium habere, quàm alios diuturnitate magìs enervatos. 3. Ubi gravior morbi imperus, radicem veſperi reiterari: immò in malo graviſſimo ter de die ſumi poſſe, ſi præſertim primà l. altera vice non fuerit ſecutus vomitus. 4. Remedium tutiſſimum eſſe, ut granum ejus infantulo ſemeſtri dari poſſit. 5. Mali ominis eſſe, ſi poſt ejus uſum nulla ſequatur anxietas, nauſea, l. vomitus. 6. Eam etiam exhiberi poſſe in forma potionis *cum ſyr. & aq. appropriat. l. in bolo cum conſerv. l. in pilul. cum mucilag. trag. l. infuſ. ad dr. 1.* 7. Si inter initia die uno vel altero dolor & alvi fluxus non cedat, radici non eſſe addendum *laud. op.* cùm anguſtiam majorem excitet. ſed intra illud manendum eſſe. l. uſum rad. torment. interpolandum. 8. Radici ſubſtitui poſſe *rad. torment. cum gr. s. l. 1. tart. em.*

II. Clyſt. agendum qui, licèt nimius eorum uſus ſuſpectus ſit ob aliquam irritationem fibrar. nervearum, neceſſarij tamen ſunt tum in benigna, ubi elucudæ ſordes, tum ubi temperanda acrimonia, tum quando malum eſt in inteſt. craſſis, tum

quan-

d albed. calc. ſcr. 1. laud. op. ſcr. s. ſyr. cyd. q. ſ. M. f. Elect. doſ. dr. ij. l. ℞. cons. ros. rub. unc. ij. iaſcord. fracaſt. dr. ij. corrall. rub. p. p. ſcr. iv. troch. eſpod. ſcr. iv. croc. mart. adſt. dr. ij. maſſ. pilul. de ynogloſſ. ſcr. ij. cum aq. cinam. ſ. q. M. f. elect. in forma pulv. ℞. troch. de carab. ſcr. ij. lap. am. corrall. rub. p. p. à. ſcr. 1. croc. ♂. dr. s. camph. cr. s. M. f. pulv. ſubtiliſſ. cujus doſ. dr. s. poſſet tiam parùm addi de laud. op. l. in forma emulſ. ℞. decoct. hord. aq. deſt. ſperm. ran. à. unc. ij. ſem. nel. unc. s. amygd. excort. N. viij. f. emuls. cui dd. man. Chriſt. corralliat. unc. s. corrall. rub. um ſperniol. inſuccat. ocul. canc. p. p. l. unicorn. oſſ. à. ſcr. 1. M. f. emuls. laudatur etiam tinct. corrall. item infuſ. milleſol. in aq. fervent. & er integrum menſem ſumpt. alii etiam infun- lunt in vin. alb. ſeq. vinum Hoffman. expert. ℞. pulv. rad. biſtort. torment. à. unc. s. cinam. charyoph. galang. à. dr. 1. camph. dr. s. M. f. pulv. infund. in menſ. vin. & coq. ad conſumpt. 2. di- it. transverſ. dos. m. & v. cochl. iv.

V. Applicanda etiam extrinſeca ſiſtentia, ex quibus excellunt crepit. lup. it. fulig. furn. cum al- um. ov. conquaſ. & cum tela aran. applic. it. ſan- uis rec. excretus in lamin. ferrea exſiccat. & pulv. inſperſ. item ping. anguill. quæ dum aſſatur ex- illat. pulv. ex mum ſuber. uſt. croc. mart. vel terr. vitriol. d. cum ſucc. plant. in liniment. conſiſt. red. ct. it. ung. de lythary. vel de tut. cum cin. cochl.

uſt.

uſt. vel *oſtrear.* vel *ung. comitiſ.* vel *ſolum* vel cum *pulv. roſ balauſt.* &c. proſunt & foment v. g. ℞. *rad. biſtort. unc. ij. fol. plant. verbaſc. ſumit. rub. querc. a. m. i. s. ſumach. balauſt. gall. virid. malicor. à. m. s. mirtill. dr. s. roſ. rub. p. ij. alum. unc. s. coq. in 3. p. aq. ferrat. & 1. vin. auſt. f. fom. cum ſpong. Rueland.* laudat foment. *ex* 2. *ſaccul.* alternatim calidè admotis *ex pann. rubr. glandib. contuſ. ac fol. querc replet. & in acet. fort. multùm decoct.* it. catapl. *ex alo. thur. & pil. lepor. combuſt. cum album. ov.* aliqui poſt fæces exoneratas *ſpongiolam* applicant *album. ov. madefact. inſperſo pulv. ex alum. gall. immat. ſang. drac. ſperniol.* &c. laudantur & ſuppoſitor. *ex ſev. hirc. mixto cum adſtringentibus.* injectiones *ex ſucc. plant.* vel *decocto pro fotu*, vel *ſanguine* cujuſdam animalis recenter mactat. & fervid. adhuc: quò etiam ſpectat *pulmo arietis* adhuc calens & cruentus podici ſubjectus. ſuffitus in dyſent. propoſiti vel *ex decoct. tapſ. barb.* ut autem prædicta remedia ipſi venæ fluenti applicari poſſint æger ſuper menſam collocatus podicem exprimere debet quaſi dejicere vellet, donec conſpicua evadat. remedijs nihil conferentibus ad ſectionem vel uſtionem deveniendum. interim perpetuò notandum recentes & nimiùm fluentes hæmorrhoid. ex toto conſtringi poſſe, periculoſum econtra eſſe *teſt. Hip.* antiquas conſtringere nisi aliæ per V. S. purgationem, & diætam inſtituantur evacuationes, ut adeò ſatiùs ſit unam relinquere apertam.

VI. Pro præſervatione bis aut ter in anno V. ſecetur, purgatio uſualis inſtituatur, cauſticum

ti-

biæ admoveatur. cura *lact.* vel *ſer. lact. tamarin-at.* inſtituatur, æſtate convenientiſſimæ ſunt *aci-ulæ. River.* contumacem ejuſmodi fluxum ſuſtu-t *pilul. chalybeat.* hypochondriorum habendo tionem. *Fonſeca* laudat *decoct. lentiſc.* vel *ejus fuſ. in vin.* pro potu ord. per menſ. integrum. g. ℞. *raſ. lentiſc. unc. ij. inf. in vin. lib. xiij. per 4. hor. in loco tepid. col.*

Diæta aër vergat ad frigidum. victûs ratio ſit craſſans *ex cremor. hord. oryz. in lact. coct. cum odico amyl. extremit. animal.* carnes elixæ. *ju-ul. alterat. borrag. bugl. portul. plant. agrim. pim-n. gel. cc. raſ. ebor. ov. ſorbil.* abſtinendum ab mnibus acribus, præcalidis & ſalſis &c. potus ſit ecoct. *hord. cum cc.* vel *emulſ. amygd. cum decoct.* .. vel *aq. ferrat.* vel *decoct. millefol. aut infuſ. ntiſc. l. vin. rub. lymph. l. decoct. chin. raſ. eb. ypopoth. cc.* l. *tinct.* ſeq. ℞. *roſ. rub. piij fl. veron. ub. p. iv. viol. borrag. bugl. à. piij. rad. torment. r. iij. ſant. cit. dr.* 1. *aq. font. lib. iv. ſp. vitr. q. ſ. tinct.* vitanda exercitia fortiora, uti & animi athemat. ſtudia immodica & venus hîc penitus xeſſe, vel ad tempus reſtitutionis uſque valere ubentur. alvus conſtipata aperiatur clyſmate, uod robur poſt ſe reliquit v. g. *ex decoct. capit. ervec. cum fl. hyper. roſ. rub.* addendo *mel. roſ.*

Suppreſſio, dolor & tumor hæmorrhoidum.

NOm. *Suppreſſio hæmorrhoid. hæmorrhoides cæcæ, dolentes, furentes* das Gefeig / Schmerzen und Geſchwulſt der guldenen Ader.

Deſin.

Defin. Eſt ſanguinis per vaſa hæmorrhoidalia elabi conantis interceptio, & ſtagnatio, cujus ope ob clauſuram orificiorum vaſorum & fibrarum vellicatarum ſtricturam dolor ingens ac varia tubercula excitantur.

Gen. Eſt ſymptoma in retentis.

Subject. Vaſa hæmorrhoidalia.

Differ. Aliæ ſunt *hæreditariæ*: aliæ *aquiſititiæ*: aliæ *abditæ occultæ, & latentes*: aliæ *apparentes*: aliæ *mites & benignæ*: aliæ *malignæ, caneroſæ & gangrænoſæ*: aliæ pro varia tuberculorum figura nunc *veſicales*, nunc *morales, ficales, verrucales &c.*

Cauſ. Eſt ſanguinis crsſities, fæculentia & acrimonia ſalina ſpinæ infixæ inſtar fibras vaſorum nerveas irritans, ut ſtringantur, ſanguis etiam exinde ſtagnet, tumor plùs minùs inflammatorius, dolor intenſus, ſubinde etiam fluxus ſanguinis excitetur.

Cauſ. diſpoſ. Hypochondriaci, hyſtericæ, puerperæ & alvum obſtructam habentes.

Sign. diagnoſt. Dolor ingens punctorius, qui maximè exaſperatur in excretione alvi, ut quandoque etiam deliquia, vel convulſiones ſuperveniant, præſertim dum internæ laborant hæmorrhoides, tumor etiam figurâ varius apparet & inæqualis præſertim poſt rejectionem duriorum ſcybalorum & in externis hæmorrhoidibus adeò ut ægri nec ſedere, nec deambulare, nec ritè decumbere poſſint.

Prognoſt. Affectus hic eſt chronicus plùs habens moleſtiæ, quàm periculi, niſi hæmorrhoi-

des,

des ſint malignæ & cancroſæ, aliquando tamen gravem inflammationem concipiunt, ut gangræ-næ periculum immineat, vel non rarò in abſceſ-ſum vel ulcus abeunt: imò ſæpiùs fiſtulam in ano reliquunt ùtplurimùm incurabilem ob partis mol-litiem & ſummam humiditatem, ſubinde ſanguine coagulato in ſcirrhos aut pro ejus corroſiva acri-monia planè in cancrum degenerant.

Indicat. Sunt ſanguinem eò fluentem revelle-re, fluxum earum, ſi utiliùs videtur, promovere, ſecus eas diſcutere ac imprimis dolorem lenire.

Curat. fit I. Non ſtatim aperiendo hæmorrhoi-des in quacunque earum ſuppreſſione, ſi nempe nunquam aliàs fluxerint, aut fluere conſuetæ ſint neque multùm opus ſit, ut fluant: licèt enim ea-rum apertio in multis magnis morbis proſit, nun-quam tamen eadem temere tentanda. ex *Galen.* enim evacuationi per hæmorrhoides natura nun-quam eſt aſſuefacienda, quoniam periculoſus eſt exceſſus, ſ. ſanguis ſupra modum excernatur ſ. ſupprimatur.

II. In aſſuetis vel ubi magna ſperanda utilitas aperiendæ ſunt præſertim hirudinibus ano affixis ità tamen, ut ſi magnus adſit dolor cum metu in-flammationis affluxûs humorum aperiatur priùs V. in bracho, vel etiam ſi hæc non ſuffecerit, in pede.

III. In cæcis hæmorrhoid. intrinſecùs ea ad-miniſtranda, quæ vulgò in morbis ſplenèticis ac reſerandis viſcerum obſtructionibus adhiberi ſo-lent præſertim martialia, ubi etiam in affectu chro-nico & quaſi habituali egregiè convenit fonticu-lus in tibia.

IV. ad dolorem leniendum, calorem temperandum, & inflammationem prohibendam topica refrigerantia & anodyna applicanda, quæ vel illinuntur vel cum bombace aut linteo imponuntur, vel etiam ſi æger ferre poſſit, ano per fiſtulam injiciuntur: ex his probata ſunt *ol. com.* vel *amygd. d. per infuſ. pomor. momord.* it. *ol. infuſ. fl. verbaſc.* it. *ſcarab. ſtercorar.* vel *aſell. contuſ. in ol. lil. alb.* vel *viol. coct.* præbent ol. expertiſſima contra hæmorrhoid. tumentes & dolentes. laudatur etiam *ol. nuc. expr.* in quo *aſell.* bullierint. it. *ol. nuc. perfic. ol. ovor. ol. bux. cum ol. lin.* v. g. ℞. *ol. ſem. lin. unc. s. ol. bux. ſer. 1. M.* maximè laudatur *ung. de linar.* ex floribus ejus cum adipe porcina coct. addito *vitell. ov.* v. g. ℞. *ung. de linar. unc. 1. ol. hyoſc. expr. dr. 1. l. ij. M. l.* ℞. *ung. delinar. unc. 1. de liq. unc. s. ol. ov. maſt. à. dr. 1. s. M. applic. cum goſſyp.* it. linim. *ex bacc. herb. paris. in ol. cum modico vin. coct.* vel *ex ciner. ſuberis combuſt. cum ol. roſ. & vitell. ov.* prodeſt etiam *ung. roſ. popul. cum ol. roſ. viol. vitell. ov. &c.* it. *mucil. ſem. pſyl. cyd. aq. ſperm. ran. extr. cum ſach. ſat. & camph.* præſertim in magnis inflammationibus. v. g. ℞. *mucilag. ſem. cyd cum aq. ſperm. ran. extr. unc 1. ſp. vin. camph. ſach. ſat. à. dr. 1. s. M.* ℞. *mucilag. ſem. cyd. pſyl. à. unc. 1. ſacch. ſat. dr. 1. camph. gr. v. op. gr. iij. M.* in magis in inflammat. prodeſt ſolum *ſacch. ſat. in aq. roſ. ſol.* alij utuntur etiam alum. cum album ov. conquaſſ. fomenta etiam maximo in uſu ſunt, ſæpiúſque utiliora quàm unguenta. ex ijs eminet laccul. *Rueland.* etiam commendatus à *Lotticchio ex gland. contuſ.*

&

℥ *fol. querc. in acet. decoct.* alij *ex fl. cham. ver-*
aſc. ſambuc. linar. rad. alth. lil. alb. ſem. lin. fæ-
ug. hyoſc. &c. ſacculos parant *in lac.* vel *aq. co-*
uend. & applicand. ſorbaith. cum frequentiſſimo
ffectu miraculi inſtar uſus eſt catapl. ſeq. ℞. *por-*
orum cum tot. m. iv. mic. pan. lib. s. coq. in lact.
ap. ad putrilag. contuſ. in mort. adde ſub finem croc.
uſt. dr. s. l. q. ſ. ad intenſam flaved. alij etiam *add.*
l. roſ. & vitell. ov. Gruling. ſeq. pro arcano ha-
uit ℞. *ſicuum in mortar. ad pult. conſiſt. contuſ.*
V. 4. l. v. mell. roſ. unc. 1. s. l. ij. illin. parvo lint.
℥ *applic. Aquapend.* commendat catapl. *ex parie-*
ar. plant. & malv. in aq. decoct. cum ol. roſ. it.
audat *rad. porr.* vel *ſcrophul. ſub prun. cum ſtuppa*
adefact. decoct. & cum butyr. piſtat. idem præ-
cant *cep. ſub cin. coct. & cum butyr ſubact.* in com-
nuni etiam uſu eſt *pulm. hædin.* ex anim. adhuc
alens parti affect. appoſitus. valet & *balſ. ſulf.*
am ad dolorem ſedandum, quam tumorem di-
cutiend. utì etiam ad hæmorrhoid. ulceratas, ad
uas etiam utile eſt *ol. ov. in mort. plumb. agitat.*
el *ol. roſ. cum ceruſ. lythargyr. cer. &c.*

V. Si nunquam fluere conſuetæ ſint hæmorr-
oides, nec ſpes ſit eas fluxuras, nec utile ſit,
anda opera ut exſiccentur adhibitis diggeranti-
us, & citra morſum ficcantibus admixtis ſimul
olorem lenientibus: in hunc finem maximè ſpe-
ifica eſt *rad. ſcrophular.* autumno collecta ſ. lum-
is alligata, ut cutem attingat, ſ. mundat, & con-
uſ. *cum butyr. rec.* & per 15. dies in cellam re-
oſita, hinc ad ignem expreſſ. & illit. vel ſub-
ſtaantiam ejus ſiccam vel viridem, vel decoct. ejus

sumendo, non minoris usûs est *crassula muj. s. sedum teleph.* it. *chelid. Wedel.* multis experimentis probatissimum amuletum esse ait *rad. fabar. rec.* dorso intra scapulas appensam. simul enim ac tabescunt radices, marcescit quoque & evanescit omne tuberculum, aliàs etiam ad tumorem hæmorrhoidum discutiendum convenit fotus *ex alum. in vin. rub. decoct.* vel *ex aq. thermalibus*, vel *ex spong. ex aq. calc. viv. expr.* it. suffit. *ex tapf. barb.* vel *scrophul.* vel *ex semperviv. maj. in vin. alb. decoct.* vel *ex lap. pyrit. in acet. extinct.*

Dieta victus sit mediocris adhumidum inclinans & alvum lexans, unde cum cibis sumantur passul. spinach. malv. blit. &c. vitatis aromatibus & acribus. vinum omnibus nocet s. apertione s. suppressione hæmorrhoid. laborantibus. alvus continuò laxa, & mollis servanda, nè fæces duræ in transitu dolorem augeant exhibitis in jusculo oleribus emollientibus vel *mann. cass. &c.* hinc à *River.* laudatur *infus. cass. cum syr. viol.* m. & v. sumendum. v. g. ℞. *fol. lactuc. malv. bugl. à. mj. liq. passul. à. unc. s. fl. borrag. bugl. viol. à. p. ij. coq. in aq. com. ad lib. 1. in col. dissolv. cass. rec. extr. syr. viol. à. unc. 1. M. col.*

LIBER VI.

De Affectibus Epatis, Lienis & Meſenterij.

Intemperies Epatis Calida.

NOM. *Intemperies Epatis calida* allzu hitzige Leber.

Defin. Eſt ejuſdem à cauſis p. n. incaleſcentia.

Gen. & Subject. Morbus in intemperie epatis calida.

Differ. Alia *ſinè*: alia *cum materia.*

Cauſ. extern. Aër calidus, æſtuoſus, uſus ciborum calidorum acrium, aromat. vini meri, violenti animi, corporiſque motus, vigiliæ.

Sign. diagnoſt. Cibi faſtidium & præcipuè carnis, ſitis, alvus adſtricta, calor totius corporis præcipuè autem in volis manuum & plantis pedum maximè à paſtu, macies corporis, facies icterica, læſio à calidis & juvamen à frigidis. ſi ſit cum materia, adeſt vomitus vel diarrhæa biliosa, oris amarities, urina flava & plerumque febris.

Indicat. Sunt intemperiem contrarijs alterare, materiam pituitoſam ſi opus, evacuare, partémque affectam roborare.

Curat. fit I. V. ſecando cæteris paribus, cùm tantum ſit caloris, quantum ſanguinis.

II. Evacuando bilem *infuſ. ſenn. rhab. tamar. cum ſyr. roſ. de cich. cum rhab. el. de tamar. de ſucc. roſ.* &c. vel apozemate bilem præparante & evacuante.

III. Refrigerantibus epaticis utendum, ex quibus inter interna excellunt *cich. ſ. aſſumptum in juſcul. vel acetar. ſ. decoct. cum paſſ.* it. decoct. *rad. acetoſ. tarax. gram. ſcorz.* &c. quàm maximè utilis *tinct. roſ. viol. bellid.* it. *tinct. ſant. rub.* epar. ſimul mirè confortans. vid. *ſorbaith.* optimum etiam *ſer. lact.* vel cum *acet.* vel *ſucc. lim.* vel *cum crem. tart. aut tamarind. confect.* vel in quo ebullierint *acetoſ. lactuc. endiv. portul.* &c. vel etiam ipſum *lac. caprin.* vel *aſinin.* præſertim ſi corpus ſimul fuerit emaciatum & conſumptum. convenientiſſimus etiam uſus *acidul.* ſi obſtructiones ſimul adfuerint *River.* commendat decoct. *chin cum ſucc. lim. parat.* proſunt etiam *tinct. corall. cum ſucc. lim. parat. rob. cinosbat. tabell. triaſant. ſang. cich.* & *chamæd.* vid. *River. juſcul. medicata ex agrim endiv. cich. acetoſ. coct. cum pull. gallin.* addito *ſal. prunell.* vel *gutt aliquot ſp. vitr.* ex hibetur etiam *pulv. epat. rub. ſal. cich. aut abſint. vitriolat.* vel *nitrat. ebur. ſ. ig. pp.* it. *julep. alexandrin.* v. g. ℞. *aq. font. lib.* 1. *aq. roſ. ſucc. lim. ſacch. alb. à. unc. iv. coq. lento igne, dum deſpumaverint.* vel *ex aq. endiv. cich. portul. epat. frig. minſ. cum vin. gran. ſyr. acetoſ. cit.* & *ſp. vitr. ſ. q.*

IV. Inter extrinſeca eſt *baln. aq. tep.* vel *hordeat.* quod frequenter uſurpatum totum corpus refri-

refrigerat & humectat, & quidem multo potentius & utilius, quàm quodvis aliud remedium præsertim in emaciatis. Item Epithem. v. g. ℞. *aq. endiv. ros. nymph. portul. acetos. a. unc.* I. *s. acet. ros. unc.* 1. *spec. diarrhod. abb. diatrionsant. à. dr. s. pulv. ros. sant. rub. à. scr.* 1. *M.* item *ung. ros. refrig. gal. cerat. santal.* v. g. ℞. *cerat. sant. unc.* 1. *succ. cich. rec. extr. unc. ij. bull. ad succ. consumpt. add. ol. ros. de capp. à. unc. s. acet. ros. dr. ij. M.* prodest etiam *gestatio laminæ plumbeæ.*

Dieta aër sit temperat. vel frigid. vitetur calid. loca æstuosa, radij solares. it. usus *fructuum crud. aromat. dulcium.* conveniunt *juscul. hordeac. avenac. juscul. pull. alterata endiv. cich. acetos. portul.* it. *capon. pull. gallin. avicul. &c.* potus sit *cerevis.* tenuis, vel *vinum lymphat.* vel *tinct. ros. sp. vitr. acific.* vel decoct. *hord. liq.* vel addita simul *rad. gram. acetos. cum syr. de lim.* addito si potentiùs refrigerandum *sal. prun. & sp. sulf.* vel *vitr. s. q.* optima etiam *seq. ptisan. sicc.* ℞. *pulv. glych. unc. iv. sem. anis. coriand. à. unc. ij. cinam. unc.* I. *sacch. Chrystall. unc. vj. M. f. pulv. pro lib. xvj. aq. quæ per manicam super pulv. toties traijcitur donec ejus virtutem attraxerit.* in pastu primus haustus sit *aq. frig.* somnus & quies sint moderata, vitentur ira, ven. vigil. exerc. immodica.

Inflammatio, abscessus & ulcus epatis, lienis & mesenterij.

NOm. *Inflammatio epatis (in specie Epatitis dicta) lienis & mesenterij* Entzündung oder Apostem der Leber/ deß Miltz und Kräß. *ulcus* ein Geschwär.

Defin. Est partium harum à sanguine p. n. in substantiam s. parenchyma earum effuso, stagnante & putrescente intumescentia.

Ulcus est partium harum exulceratio facta s. ab humore acri erodente s. quod frequentiùs ex rupto abscessu sequente inflammationem.

Gen. Inflam. est morbus in intemperie cùm aucta magnitudine. Ulcus solutæ unitatis cum diminuta magnitudine.

Subject. Epat. lien. & mesenterium.

Differ. Alia est inflam. epatis in parte ejus *gibba*: alia *in cava*: alia magis *erysipelatosa*: alia *phlegmonosa*.

Caus. extern. Nimia corporis calefactio à fervore solis, baln. exercit. immodicis, usu meri, aromar. hausta à calore frigida, ictus, casus, contusio, strictura vestium, applicatio calidorum vel cucurbit. &c. Mesenterij inflammat. specialiter quandóque sequitur dysenteriam malè curatam vel herniam eodem simul in scrotum descendente subinde etiam ex metastasi sequitur febres ardentes.

Sign. diagnost. Inflammat. epatir affligit cum gravitate dextri hypochond. ac sensu doloris obtuso

uſo & tenſivo, tuſſi ſicca, difficult. ſpirandi, feb-
re continua plùs minùs acuta, decubitu faciliori
ſupino: difficiliori ad latera, ſi pars cava affici-
tur, ſingultus frequens oboritur. vomitus mate-
riæ biliosæ, interdum etiam diarrhæa adeſt, do-
lores ventris etiam concurrunt colicam mentien-
tes. ſi gibba, acris eſt dolor circa cordis foveam,
dolor ex preſſura exacerbatur, tumor apparet ma-
nifeſtior, partes ad jugulum dextrum deorſum
trahi videntur, tuſſis & reſpiratio difficilis magis
urgent. &c. diſtinguitur à pleuritide coſtarum
notharum dextri hypochondrij, quod in hac do-
lor punctorius longè acutior, tuſſis vehementior
& ferè humida, pulſúſque durus, qui in epatitide
undoſus. ab inflammat. muſculor, abdominis di-
ſtinguitur, quòd in hac dolor pulſatorius perci-
piatur, tumor circumſcriptus, nec adeò profundè
ſitus, ut curis ſupra tumorem non ſinè dolore
contrectetur, extuberantia quoque major ſenſibi-
lis, nec color faciei immutetur. Inflammat. lie-
nis infeſtat cum febre continua, dolore & tumo-
re ſiniſtri hypoch. pulſatione ob copioſas arterias
& ſpirandi difficult. Inflammat. meſenterij infe-
ſtat febre continuâ lentâ, quæ circa veſperam e-
xacerbatur, ſi profundum meſenterij ſit inflamma-
tum, ſubinde febre plùs minùs acutâ & non ra-
rò ſemitertianâ: ſi inflammat. ſit circa partes ex-
teriores, ubi reliquis abdominis viſceribus con-
jungitur, adeſt tenſio, gravitas ac pondus ſub-
tus ventric. ſubinde adſunt egeſtiones chyloſæ,
ſubinde alvus ſuppreſſa cum dolore ventris &
lumborum, abſceſſus hi dolentes habentur ſub-

inde pro uterinis, colicis aut nephriticis ſymptomatibus, cùm nauſea & vomitus etiam ſubinde accedant.

Ulcus harum partium cognoſcitur ex dolore earum ulceroſo, excretionibus purulentis, & cruentis, faſtidio carnis, atrophia, accedente febre lenta ſæpiùs in hecticam deſinente.

Prognoſt. Hepatis inflammat. malum periculoſum & plerumque lethale: gravior quæ in gibba, quàm quæ in cava ejus parte. ſingultus ſuperveniens epati inflammato malus *teſte Hip. 5. aph. 58. & 7. aph 17.* ſi dies 21. excedat & febris perduret, in ſuppurationem abit. alvi fluxus niſi criticus, ferè lethalis. malum ſi comitetur febris ardens. Ulcus epatis niſi ſuperficiale & leve fuerit, vix curatur, accerſens plerúmque hecticam. Lienis inflam. minùs periculoſa eſt, quàm epatis faciléque in ſcirrhum degenerat. bona eſt hæmorthagia naris ſiniſtræ, vel alvi fluxus criticè accidens. Inflammatio meſenterij aut ſuppurando in abſceſſus abit, ſed lentè & tardè, aut in ſcirrhum. ſi pus per alvum erumpat, meliùs: ſi in cavum abddominis vel membra vicina inficit, ut gangrænam concipiant vel acredine corrodit.

Indicat. Ut in alijs inflam. & ulceribus.

Curat. fit I. Præmiſ. clyſt. *ex decoct. emoll. cum m. 1. hord. in ſer. lact. fact. cum caſſ. mell. viol. mercurial. &c.* ſecando V. ex brach. dextro, ſi epar: ex ſiniſtro vel etiam ſalvatellam. ſi lien inflammatus, hinc etiam ex pede. apertio hæmorrhoid. quoque utilis.

II. Pur-

II. Purgantia quælibet exulent, niſi in declinatione morbi utì & vomitor.

III. Exhibenda intrinſecùs diaphoretica ſanguinem ſtagnantem reſolventia ùt *mixt. fim. antim. diaph. dens apr. fl. ſulf. bezoart. jov.* quibus in febricula lenta ſocianda *ocul. canc. antihect. pot cum pauco ſal. armon.* it. alterantia & refrig. ùt emulſ. vel julep. *ex aq. endiv. cich. acetoſ. portul. cum ſucc. acetoſ. ſyr. viol. gran. dulc. & ſp. vitr.* abſtinendum à nimis dulcibus & epar inflantibus.

IV. Extrinſecùs conveniunt Epithem. diſcutientia & ardorem compeſcentia calidè tamen applicãda *ex ſp. vin. blandè camphorato* cum lint. multiplic. applicat. l. ℞. *aq. nymph. plant. hyoſc. à. unc.* 1. *nit. depur. unc. s. camph. in ſp. vin. ſol. gr. xv. M.* alij utuntur *ſacch. ſat. in aq. ſol. ſal. Foreſt.* ſeq. fot. commendat. ℞. *fl. cham. melil. roſ. rub. à. pj. ſem. aniſ. fæn. lin. à. dr* 1. *s. ſant. rub. dr.* 1. *coq. in aq. ſ. q. col. add acet. opt. unc.* 1. *aq. endiv. unc. s.* alij ſeq. utuntur ℞. *herb. agrim. cich. fl. roſ. à. miij. coq. in ſ. q. aq. in col. lib.* 1. *diſſolv. acet. roſ. unc. ij. troch. de camph. dr. ij. ſant. rub. pulv. dr. s. M.* alij epar inungunt *ung. ſant. cum ol. roſ. viol. abſint.* alij applicant oxyrrhodinum *ex ol. nymph. roſ. cum aq. roſ. & acet. &c.*

V. Ad ſuppurationem vergens inflammat. adjuvanda ſumpto *lact. aſinin. cum ſach.* vel *decoct. paſſ. fic. dactyl. &c.* extrinſecùs catapl. emoll. & diſcut. applic. *ex rad. alth. lil. alb. malv. fic. paſſul. ſem. lini fænug. fl. cham. melil. coct. in hydromel. cum croc.* pus factum dignoſcitur ſi dolor, febris & reliqua ſymptomata miteſcant, vires tamen debilio-

biliores relinquantur cum pulsu frequenti, languido & interdum animi deliquio. rupto abscessu evacuatio puris, quo natura vergit, adjuvanda, & quidem si per alvum *clyst. abstergent.* vel *hydromelite medicato.* si per urinam *oxymel. diuretico.* vel *ser lact. plùs minùs medicato.* vel emuls. *sem. mel. viol.* vel *decoct. rad. ap. petrosel. agrim. bacc. junip. cum hydromel.* si per vomitum attemperantibus, pinguibus ùt *juscul. ping. cerevis. butyrat. ol. amygd. d. &c.*

VI. Pro ulcere mundificando & consolidando conducunt *pilul. de thereb.* it. *thereb. cyp. vitell. ov. diss.* it. *bals. sulf. thereb. aut succinat.* nî febris intentior obstiterit. it. *bals. peruv. in juscul. calid.* vel *ov. sorbil. assumpt.* it. pot. & decoct. vulnerat. *ex agrim. hyper. perficar. &c. decoct. lig. sanct. & sasaph.* in principio rupti abscessûs optimè convenit. it. *decoct. rad. chin. cum pass. & liq. ser. lact.* quoque egregium est absterſivum ulcerum internorum vi nitrositatis suæ, ídque vel solum vel incoctis vulnerarijs. hisce subinde etiam blandiora *martialia* præsertim in forma liquida socianda, hinc *Thoner.* in abscessu mesenterij *acidul.* cum fructu usus fuit, neque etiam negligendum *rhab.* tam pro scopo absterſivo, quam adstrictorio & quasi vulnerario.

Diæta sit tennis *ex crem. hord. aven. panatell. juscul. pull. gallin. alterat. endiv. cich. acetos. &c.* potus sit decoct. *rad. cich. cum nit. & sach.* vel *emuls. sem. mel.* vel *decoct. hord. rad. gram. cich. liq. cum syr viol. capill. ven. & sal. prun.*

Ob-

Obſtructio epatis, lienis & meſenterij.

Nom. *Obſtructio ſ. oppilatio epatis, lienis & meſenterij* Verſtopffung der Leber/ Miltz und Kräß-Adern.

Defin. Eſt anguſtia pororum, canaliculorum ac vaſorum harum partium dependens à materia cavitatem earum implere.

Gen. Morbus organicus in via p. n. coangustata.

Subject. Prædictæ partes utpote ob vaſorum copiam, anguſtiam & meandros, ſuccorúmque continuo permeantium craſſitiem & cruditatem frequentem obſtructionibus maximè obnoxiæ.

Differ. Alia *recens*: alia *inveterata*: alia *in cava*: alia *in gibba* epatis parte.

Cauſ. intern. Utplurimùm humor craſſus, viſcidus ac lentus; ſubinde etiam flatus craſſus, ſubinde alij humores quantitate vel qualitate peccantes.

Cauſ. extern. Alimenta craſſa, cruda, mucilaginoſa, pituitoſa, ſacharata, mellea, olera, fructus, adſtringentia, vina craſſa, dulcia, exercitium à cibo, vita ſedentaria &c.

Sig. diagnoſt. Si ſit in epate vel liene obſtructio, adeſt ſenſus gravitatis in dexto vel ſiniſtro hypochondrio, dolor etiam obtuſus plùs minùs tenſivus, qui ab aſſumpto etiam cibo leviſſimo & pauco exaſperatur, ità ut gravitas illa ab *Hip. ſatietas hypochondrior.* dicta augeatur, quandoque tumor eorum vel ſaltèm tenſio & renitentia per-

ci-

cipitur, adeſt difficilis reſpiratio præſertim in acclivi aſcenſu vel concitatiori ambulatione, tuſſis ſicca, urina cruda, paucior, color faciei in epaticis pallidus, & ad vitioſam flavedinem inclinans: in ſpleneticis obſcurus, lividus & quaſi plumbeus. ſi in meſenterio ſit obſtructio, adeſt tenſio, renitentia & tumor mollis in medio ventre ac regione umbilicali, excreta alvi liquida ſubinde varia, dolor obſcurus, interdum plùs minùs gravitativus in profundo abdominis perceptibilis: ſubinde acutiſſimus in dorſo, ſi flatus juncti, tandem ægri ſucceſſivè emaciari videntur, nec nisi, ubi longiùs proceſſit malum, tactu tumor renitens percipitur.

Prognoſt. Obſtructio recens facilè, inveterata difficulter curatur inferens humorum putredines, febres intermittent. hypochondriacam, inflat. alvi fluxus varios ac diuturnos, colicam, icterum, aſthma, cachexiam, hydropem, ſcirrhum, tabem &c. ut adeò *Aviſen.* obſtructionem appellet matrem ægritudinum & præcipuè chronicarum. RR. obſtructiones potiùs productum alterius cauſæ, quàm producens eſſe volunt: eas igitur ùt & omnes affectus chronicos deducunt ex cruditate acida accedente quandoque bile vel pauciore vel inertiore, hinc ametria chyli, diſcraſia ſanguinis ac partium nervoſarum multiplices doloroſi affectus, neque adeò ijs ita frequentes ſunt obſtructiones præſertim in vaſis ſanguiferis, cùm neceſſariò aliàs ex humorum circulandorum motu impedito pars magis intumeſcere, vel liquoris ſtagnantis coacervatio & tandem ruptis vaſis in loca vicina

effu-

ffuſio ſequi deberet. quibus lien intumeſcit *teſte Hip.* his totum corpus contabeſcit, vel quia ſanguis minùs defæcatus ad alendum ineptus, vel alor excrementorum copia obrutus.

Indicat. Sunt obſtructiones aperire, cauſas eorum tollere, materiam incidendo, attenuando, detergendo, acidum corrigendo, evacuando, partéſque affectas roborare.

Curat, ſit I. Præmiſ. clyſt. vel lenit. inſtituendo V.S. ex pede in ſuppreſſis menſibus: ex brach. in plethora vel febre præſente. hæmorrhoid. apertio maximè etiam prodeſt in earum ſuppreſſione. in cauſa valde frigida omittendo V.S.

II. Diggeſtiva & præparant, exhibenda *ex rem. tart. cryſt. tart. tart. vitr.* &c. v. g. ℞. *tart. vitriol. ſcr.* 1. *ſ. fæcul. aron. bryon. à. ſcr.* 1. *ſal. tamariſc. ſcr. ſ. M. f. pulv. divid. in* 3. *p. æq.* l. ℞. *rem. tart. dr.* 1. *chryſt. tart. dr.* 1. *ſ. ſal. abſint. ſcopend. tamariſc. à. ſcr.* 1. *ol. mac. ſcr. ſ. M. f. pulv. detur cuſp. cuetell. ex brod. carn. cum decoct. rad. petroſell. agrim. hyſſop. capill. ven.* &c.

III. Denuo evacuandum vel vomitorio vel purgantibus: ex his præſtant. *infuſ. ſenn. ad. dr. ij. in aq. frig. unc. viij. cum ſcr.* 1. *l. dr. ſ. ſal. tart. & rut. xv. ſp. ſulph.* quod medicamentum ad multos dies continuatum omnem obſtructionem ſolvit, adeo ut *River.* non raro quartanas contumaces hujus remedio uſu per 15. dies continuato radicitus curatas viderit. præſtat etiam *Rhabarb.* quod aliàs anima epatis dicitur, exhibendo illud vel in infuſ. dum unc. ſ. frigidè infund. groſſe pulveriſat. in lib. iv. aq. font. l. ℞. *rhab. el. dr. iij.*

cort.

cort. arant. dr. 1. inciſ. & nod. incluſ. infund. in aq. cich. & vin. alb. à. lib. s. col. dentur unc. iv. vel in *Bocchet.* quod pueris & infantibus utiliſſimum pro potu ordinario ℞. *aq. font. menſ. ij. ebull. per med. quadrantem horæ. inf. rhab. dr. 1. ſant. cit. dr. s. ſacch. parum & pauxill. cinam. pro gratia ſaporis col.* vel in ſubſtant. in pulv. vel Elect. ſumendo *unc. 1. pulp. paſſul. & dr. 1. rhab.* de quo bis in die ſumitur quant. nuc. jugl. optimi etiam ſunt nodul. laxat. v. g. ℞. *rad. gram. cich. bugl. à. dr. ij. l. aſparag. fœnic. rad. s. aper. &c. polypod. q. dr. iij. herb cuſcut- ling. cerv. adiant. agrim. à. m. s. fol. ſenn. ſ. unc. ij. rhab. fib. elleb. nig. à. unc. s. agar. troch. dr. vj. cinam. acut. dr. 1. ſem. anis. fœnic. cit. à. ſcr. ij. crem. tart. dr. ij. M. inciſ. ad nodul. pro menſ. 1. s. vin. alb. & mens. 1. aq. font.* laudantur etiam in obſtructionibus pilul. ex gummat. ùt *pil. tart. querc. de ammon. ejusdem l de galb. ſylv.* l. ℞. *maſſ. pilul. tart. Schröd. ſcr. 1. extr. chelid. m. gent. pulv. ſyr. à. gr. v. malax. cum ſ. q. ſyr. de euparor. f. pil. N. ix.* l. ℞. *extr. elleb. nig. mercur. dulc. à. gr. xv. ſcam. ſulph. gr. iij. M. f. pilul.* utiles etiam ſunt pilulæ quædam uſuales quavis ſeptimanâ repetendæ. ſic aliqui ſequentes commendant ℞. *gumm. ammon. in acet. ſquill. diſſ. dr. iij. ſp. hier. pic. dr. 1. s. aloes crud. ſcr. iv. myrrh. ſcr. 1. croc. gr. vj. cum ſ. q. ſyr. de abſint. M. f. maſſ. pil. cujus doſ. a. ſcr. s. ad. 1.*

IV. Veniendum ad deobſtruentia, quæ continuanda uſque dum dolor remittat, & hypochon-

dria

lria fiant leviora : exhibentur longiſſimè à cibo
n forma magis liquida, ſintque ſimul appropria-
a & leniter adſtringentia cavendo à dulcibus : in-
er hæc præſtantiſſimus eſt *chalybs*, qui licèt per
e adſtringat, per accidens tamen aperit, abſor-
endo acida ratione texturæ ſuæ terreſtris & cum
is in concretum vitriolicum abſterſivum abeun-
lo. in hujus uſu nota 1. *chalybis* præparationem
quò ſimpliciorem, eò meliorem eſſe. 2. Corpus
riùs debere eſſe per univerſalia diſpoſitum &
præparatum. 3. Fæces nigras excretas ſignum
eſſe chalybis ritè operantis. 4. Poſt ejus aſſump-
ionem deambulatione per 1. vel 2. horas corpus
xercendum capiendo poſtmodum *juſcul. gall. in*
uo rad. aperit. & paſſ. bullierint. 5. Tertio vel
quarto quoque die clyſt. injiciendum vel leniti-
um aut pilul. aloëticas ſumendas. 6. Chalybis
uſam commodiſſimè inſtitui vere & autumno,
ámque nunc 15. nunc 30. diebus continuandam
ſſe. 7. In complexionibus humidioribus eum
lari poſſe magis in forma ſicca ùt *pulv. elect. pi-*
ul. &c. in ſiccioribus verò, & quorum ſtomachus
enſibilior in forma humida ùt *vin. tinct. eſſ.* &c.
umi igitur poteſt vel in forma pulv. ùt v. g. *li.*
nat. mart. crud. ad ſcr. s. ſæpiùs ingeſta l. ℞. *li-*
nat. mart. p. 1. caſſ. liq. p. iij. ſacch. p. iv. M. f.
ulv. cujus ſcr. 1. l. s. detur bis quottidie l. ℞. *pulv.*
achect querc. dr. s. detur quottidie m. per dies 15.
x brod. ac tertio die hora 4. pomerid. magnitud.
aſtan. de ſeq. el. ℞. *rob. ebul. unc. ij. s. diagrid.*
cr. ij. s. cum ſ. q. ſyr. viol f. elect. moll l. ſeq. pulv.
k. chalyb. cum acet. p. p. unc. 1, s. caſſ. lig. opt. fæ-

cul. aron. chryst. tart. à. dr. ij. ol. charyoph. gut. xx. cinam. gut. vij. sacch. ros. tab. dr. vj. M. f. pulv. dos. dr. 1. ex brod. deambul. desuper leniter per horam ac 6. die l. 7. sumendo lenit. l. ℞. chalyb. cum acet. p.p. dr. vj. sal. absint. card. b. nit. pp. à. scr. 1. fæcul. aron. dr. 1. ocul. canc. p.p. scr. iv. chryst. tart. unc. s. charyoph. scr. iv. M. f. pulv. detur cum pond. plumb. dr. 1. in forma tabell. ℞. chalyb. cum sulph. p.p. l. pulv. cachect. querc. unc. s. conf. alk. dr. ij. amb. gris. scr. 1. sacch. in aq. ros. & namph. dissol. unc. iv. f. tabell. cap. dr. ij. m. l. ℞. chalyb. cum acet. cum sulph. p.p. à. unc. s. cass. lig. scr. iv. mac. scr. ij. charyoph. scr. 1. croc. scr. s. sacch. in aq. cinam. sol. unc. iij. f. conf. in morsell. N. viij. capiat. unam. in forma Elect. ℞. limat. chalyb. acet. p.p. unc. vj. cinam. nuc. mosch. à. dr. iij. rhab. dr. ij. spec. arom. ros. dr. vj. mell. opt. sacch. alb. à. lib. 1. unc. 1. cum lento igne f. el. dos. unc. s. hor. anteprand. superbibendo l. 2. cochl. vin. malv. l. absint. l. ℞. conf. fl. tamarisc. capill. ven. à. unc. 1. s. cond. rad. ennul. dr. vj. chalyb. cum sulph. p.p. dr. vj. sal. tamarisc. dr. 1. sp. vitr. scr. s. cum syr. de cort. cit. f. opiat. dos. dr. ij. in forma pilul. ℞. limat. mart. gr. viij. cum s. q. extr. absint. M. f. pilul. N. vj. sumantur summo manè & repetantur hora 4. l. s. pomerid. per dies 30. superbib. haust. vin. absint. l. malv. hæ pilul.

in omnibus morbis chronicis ac præſertim hyſteri-
cis expertiſſimæ l. ℞. chalyb. cum ſulph. p.p. unc.
s. alo. ſenn. agar. trochiſc. rhab. à dr. i. ſpec. di-
arrh. abb. dr. s. croc. ſcr. s. cum ſ.q. syr. ros. sol.
M. f. maſſ. pil. de cujus dr. i. f. pil. N. xiij. ſuman-
tur m. quottidie per dies 15. in forma vin. ℞.
ſpum. chalyb. dr. i. diſſolv. in vin. alb. unc. ij. M.
& ſic deinceps ℞. croc. mart. aperit. unc. iij. ſpec.
arom. charyoph. dr. ij. dentur ad ſaccul. ex ſind.
alb. pro menſ. ij. vin. alb. vet. ſtent per 2. dies. l.
℞. chalyb. p.p. unc. i. pulv. charyoph. dr. s. mac.
dr. i. f. ſaccul. oblong. inſtar. digiti, affund. vin.
mens. ij. & ſemper quantum bibitur, tantum re-
affundatur l. ℞. chalyb. cum ſulph. p.p. unc. i. en-
mul. camp. cort. tamariſc. à. unc. s. ſenn. unc. iij.
Epithym. unc. i. fæcul. cinam. byron. à. dr. ij tria-
ſant. dr. i. s. aq. agrim. vin. alb. à. lib. i. inf. per
trid. in B. M. de col. ſum. unc. iv 3. hor. antepaſt.
vulgo uſurpatur infus. limat. chalyb. fact. in vin.
alb. cum multa aq. permixt. pro potu ordinario
per 2. l. 3. mens. continuand. quo ſolo remedio te-
ſte River, quàm plurimæ virgines à Chloroſi libe-
rantur potiùs adhuc operatur vin. hoc, ſi præter
potum ordinarium meracum m. ſumatur ad unc.
iij. in forma tinct. mart. à gut. xv. ad dr. i. de-
tur ex brod. aperient. ratione chalybis præſtantes
etiam in hoc affectu ſunt acidul. it. maximè in ob-

ſtructionibus conducunt *mixt. ſ. ſp. aperit. penot. tinct. aperit. mæb. ſp. ſal. armon.* v. g. ℞. *ſp. ſal. ſp. tart. à. ſcr. ij. elix. vit. Matth. p. p. à. ſcr. 1. M. doſ. gut. xv. m. & v. ex brod.* ℞. *elix. prop. p. ſcr. ij. ſp. ſal. ſp. tart. aperit. penot. ſal. armon. à ſcr. 1. M.* it. remedia *ex tart.* parat. ùt *crem. cryſt. ſal. ſp. & tinct. tart.* it. *ex vitr.* ùt *ſp. ejus in apozemat. & ſyr.* &c.

V. Epar roborandum *tinct. ſant. elix. prop. p. eſſ. abſint.* elect. v. g. ℞. *conſ. abſint. capill. ven. fl. tamariſc. à. unc. 1. condit. ennul. cort. cit. à unc. ſ. myrob. cond. N. 1. nuc. moſch. cond. dr. iij. conf. alk. dr. ij. ſpec. diarrh. abb. dr. 1. ſal. abſint. tamariſc. à. ſcr. ij. croc. ſcr. 1. amb. griſ. ſcr. ſ. cum ſyr. de cart. cit. f. op.*

VI. Inter extrinſeca convenire *balnea tepid. incoctis emoll. & aperient.* it. *foment. cum ſpong. ex decoct.* v. g. *rad. alth. byron. à. unc. iij. herb. ad tripl. verbaſc. malv. à. mj. agrim. m. ſ. ſem. lin. fænug. à. unc. ſ. fl. malv. arbor. rub. ros. rub. à. pij. ſant. rub. unc. ſ. coq. ex ſ. q. aq.* hinc fiat inunct. v. g. ℞. *ung. deopil. carm. à. unc. 1. ſ. ol. deſt. charyoph. gut. v. mac. gut. iij. lig. rhod. gut. ij. M.* l. ℞. *ol. capp. amygd. am. à. unc. 1. ſ. tart. dr. 1. gumm. ammon. bdel. in acet. ſquill. diſſol. à. dr. vj. cer. par. M.* hinc applicari poteſt *empl. de cicut. de ammon.* l. ℞ *maſſ. cerat. de cicut. ſantal. à. unc. 1. malax. cum ſ. q. ol. lib. alb. M. f. maſſ. moll. epati applicanda & ſæpiùs renovanda* plura topica vid. infra de ſcirrh.

Diæta

Dieta aër sit putior, calidior, siccior vel temperatus in causa calida. vitetur frigid. aust. pulviosi. ventosi. cibi sint coctu faciles ut *carn. vitul. hæd. pull gall. cap.* vitentur *lacticin. legum, ping. farinacea, fruct. hor. mellita, dulcia &c.* potus sit *vin. alb. tenue* vel *cerevis. tenuis l. vin. infus. lim. chalyb. cum cinam.* in causa calida decoct. *cich. cum pass. & pauco cinam.* convenit etiam moderata corporis exercitatio ante cibum, servetur quies absque somno diurno, alvus sit laxa.

Inflatio Epatis & lienis.

NOm. Inflatio Epatis & lienis Auffblähung der Leber und deß Miltz.

Defin. &c. Est partium harum à flatu crasso sub tunica earum contento inflatio ac intumescentia affligens cum tumore dextri vel siniſtri hypochondrij ad compressionem nonnihil cedente ac murmur excitante, dolore aliquo per intervalla distendente sinè gravitatis ac ponderis sensu, ac sinè coloris mutatione in facie.

Curat. fit I. Præmis. universal, ùt in obstruct. & præcipuè clyst. carmin. v.g. ℞. *decoct. carmin. lib. 1. ol. cham. laur. à. unc. s dest. cumin. carv. à. dr. ij. el. diaphær. unc. 1. mell. anthos. unc. iv. sal. commun. pj. M.* topicis ùt inunct. v.g. ℞. *ol. cham. laur. capp. absint. à. dr. ij. ung. carmin. minſ. unc. 1. cerat. de cicut. unc. s. M. ad ig.* prodest etiam *empl. de bacc. laur. de cicut. ſorbaith.* in dolore lienis quandoque confecit saccul. ex verbena viridi incis. & contus. cum farin. hord. & album ov. mixt.

quem lieni applicavit quique msgnam quantitatem humoris cruenti extraxit, ut lintea vel decies multiplicata penetraverit. non autem videtur juxta ipsum ordinaria istius mixturæ tinctura cùm non semper, nec in alio loco, quàm liene hunc affectum producat. huc quoque spectat *cucurb. sicc.* regioni harum partium applicata. plura vid. de inflat. stom. colic. & tympanitide.

Ictterus.

NOm. *Ictterus, cachexia icterica. aurigo, auriginosa perfusio galbulus, arquatus s. arcuatus, morbus regius.* Die Gelb-Sucht.

Defin. Est color totius corporis p. n. flavus, subviridis vel ex flavo niger ab excrementitij & vitiosi humoris ejusdem coloris in cutem effusione exortus.

Gen. Est symptoma visibilis qualitatis mutatæ.

Subject. adæquat. Est corporis habitus cutis nempe ac præcipuè album oculi, ungues, labia &c. subinde etiam partes internæ ab icterica tinctura haud immunes sunt. serum in ictericis non tantùm post V. S. flavissimum conspicitur, sed etiam excitatis vesicis intensè croteus liquor elicitur.

Subject. principal. Est epar cum vesicula fellis ac poro choledocho.

Differ. Alius est *rrcens:* alius *inveteratus:* alius *primarius:* alius *secundarius* s. superveniens febribus tam continuis quàm intermittent. chronicis sivè sit *criticus* accidens die critico prægressis signis

nis coctionis, ſive *ſymptomaticus*: alius *flavus*: alius *niger* die ſchwartze Gelb-Sucht / quando flavedo nunc ad viriditatem, nunc ad cæruleitatem, nunc ad obſcurum livorem inclinat. hic juxta AA. oritur ab effuſione humoris melancholici ex liene vel obſtructo vel imbellici non attrahente: juxta RR. autem probabilius à flavo quo ad cauſam non differt, nisi quòd in hoc bilis magis corrupta, vitriolica & fixior ex mixtione acidi auſteri primarum viarum ſ. ſtomachalis ſ. pancreatici, cùm bilis ab inſtillatis acidis ad virorem inclinet.

Cauſ. intern. Eſt vel bilis ex nidore p. n. vitio primæ digeſtionis ex fermento vitioſo acido-auſtero genita in ventriculo, hincque M. S. inquinans, ùt in febribus. vel bilis Epatis naturalis aut vitiata à prædicto acido auſtero texturam ejus immutante, eámque plùs minùs inſpiſſante, & quandoque in calculos coagulante, ut nec debitè in epate ſecerni, vel ſecreta excerni poſſit: hinc in graviori & pertinaciori ictero ſpiſſior ac tenacior bilis ſubinde inventa fuit, vel diſtributio ejus læſa à meauum biliariorum anguſtia ſ. ab obſtructione à pituita vel bile craſſa, vel calculo ſ. à compreſſione per tumores ſ. quandoque à ſpaſmodica contractione veſiculæ fellis in doloribus colicis, hyſtericis &c.

Cauſ. diſpoſ. Temperamentum calidum & ſiccum bilis ferax, ætas adoleſcentiæ & juvenilis licèt & pueris malum non ſit inuſitatum. præ cæteris calculoſi maximè diſpoſiti ſunt

Cauſ. extern. Aër calidior & ſiccior, fruct. hor. lac. corrupt. piſces corrupti, dulcia, ira, triſtitia,

abusus sp. vin. suppress. mens. morsus animalium venenatorum & venena assumpta sanguinem fermenti instar in humorem flavum corrumpentia.

Sign. diagnost. Totius corporis flavedo, citrinitas aut pallens viriditas etiam in albo oculi conspicua, dolor compressivus præcordiorum & stomachi, lassitudo & pruritus totius corporis, urina passea, crassa, lixivialis cerevisiæ instar vel ex flavo & rubro nigricans & rutilans lintea immersa croceo colore tingens, amaritudo oris præsertim in confirmato, aut varius oris sapor cum siti utplurimùm clamosa, alvus nunc fluida est diarrheæ biliosæ instar, nunc sæpiùs pertinaciter clausa excrementis albicantibus prodeuntibus, in aliquibus adest dolor hypochondrij dextri obtusus in profundo perceptibilis subinde cum duritie, quandoque adsunt etiam singultus, vomitus biliosus, dolor capitis &c.

Prognost. Icterus qui sequitur vitium epatis quoddam confirmatum, vel scirrhum, ferè lethalis esse solet & nunc immediatè, nunc mediatè hydropis nempe interventu jugulat. Icterus qualiscunque si in confirmationem & diuturnitatem abeat, periculosus est. *Hip. 6. aph. 42.* ait: *Regio morbo laborantibus jecur durum fieri malum* id. 4. *aph. 62.* ait: *quibus per febres morbus regius ante septimum supervenerit malum*, cùm sit symptomaticus: econtra *4. aph. 64.* ait: *quibus per febres, die 7. vel 9. vel 11. vel 14. morbus regius supervenerit bonum. nisi & dextrum hypochond. durum fuerit: alioquin minimè bonum.* Icterus flavus curatu facilior quàm niger: in specie niger quarta-

nis

nis ſuperveniens ſolet eſſe contumacior, ex fla-
vo ſecuriſſimus eſt, qui in febre criticus, it. ex
obſtructione meatûs choledochi natus, modò non
nimis pertinax fuerit obſtructio. ex calculo or-
tus difficillimè curatur, aut curatus crebriùs re-
cidivat & mortem infert. Icterici ſunt quaſi in ſta-
tu neutro nunc ad convaleſcentiam, nunc ad de-
cidentiam. lethiferum icterum portendit plerúm-
que venter turgidus & vehementer intumeſcens.
Icterus ſenibus pinguibus abſque febre accidens
rarò curatur ob materiæ craſſitiem. potatores vi-
ni meraci vel aduſti nunquam antea ictero deten-
ti prognoſticis potiùs, quàm ſalutaribus auxilijs
relinquendi *teſte Hartm.*

Indicat. Sunt obſtructiones ductuum biliario-
rum & vaſor. choledochor. tollere & aperire, aci-
dum corrigere, humores viſcidos incidere, atte-
nuare, bilem corruptam evacuare, craſim ſan-
guinis reſtituere &c.

Curat. fit I. V. S. non adminiſtrando, cùm à
Gal. improbetur, & hîc non proſit præſertim in
inveterato, nisi in corpore plethorico, ut omnia
vaſa reddantur patula.

II. Exhibenda vel *vomitoria* ventriculum phle-
gmatis viſcoſi ſaburrâ aggravatum alleviantia &
ſimul vaſa choledocha irritando atque ductus o-
mnes epaticos valde ſuccutiendo infarctiones eo-
rum expedientia, biliſque per vias priùs aſſuetas
tranſitum ſollicitantia præſertim ſi icterus ſit re-
cens vel *purgantia* ex quibus præſtant *infuſ. ſenn.*
cum ſal. tart. &c. rhab. vel *in ſubſtant. & pulv.*
cum ſal. abſinth. & cremor. tart. vel *in infuſ.* vid.

obſtruct. Epat. maximè hîc conveniunt *nodul. lax.* v. g. ℞. *rad. cich. fænic. aſparag. à. dr. ij. chelid. m. polyp. querc. à. dr. 1. s. fol. ſenn. ſ. unc. ij. rhab. el. dr. vj. fib. elleb. nig. turb. alb. gumm. à. dr. iij. herb. cuſcut. chamæd. nob. chamæpyt. cent. min. marrub. à. p. 1. s. curcum. dr. ij. ſem. cit. ſcr. ij. anis. coriand. p. p. à. ſcr. 1. galang. min. cinam. el. à. ſcr. 1. s. croc. ſcr. 1, tard. crud. dr. iij. M. incis. & contus. ad nod. pro menſ. 1, s. vin. alb. & mens. s. aq. font.* ſubinde etiam addi poteſt chalyb. p. p. in nod. lig. alij etiam in obeſis *pilul.* commendant. ſic à ſorb. ſeq. commendantur. ℞. *maſſ. pil. tart. Schröder. ſcr. 1. extr. chelid. m. cent. min. croc. à. gr. vj. pulv. syr. gr. v. cum ſ. q. aq. chelidon. m. f. pilul. N. ix. & ſic fiant. 4. l. 6. dos. ſingulis l. alternis diebus ſumendæ.*

III. Veniendum ad appropriata anteicterica, inter quæ primarum obtinet *chelid. maj.* ſ. quoad ſuccum ejus rec. expreſſ. l. *radix.* ejus in vin. macerata, quod exinde flaveſcit & egregium in ictero eſt experimentum. ſ. decoct. ejus vel ſolum vel *cum gr. junip.* vel prout proponit *River.* ℞. *rad. rub. tinct. unc. s. fol. chelid. m. mj. ſumit. abſint. pont. cent. min. à. pj. cinam. dr. s. croc. ſcr. s. inf. per noct. in vin. alb. unc. viij. col. add. ſacch. alb. unc. s. capiat m. 3. hrr. ante paſtum. hoc eodem teſte per 6. l. 7. dies uſurpat. affectum ictericum plerumque radicitus tollit, ſi recens adhuc.* Joël ſeq. commendat ℞. *rad. chelid. m. inciſ. mij.*

nij. gr. junip. mj. contuſ. affund. vin. rhen. lib. i. loſ. unc. iv. bis in die. Lindano teſte ſeq. decoct. quemvis icterum curat præmiſſo vomitorio ℞. rad. ich. l. tarax. unc. ij. chelid. m. dr. vj. l. unc. i. herb. ich. mij fragrar. m. i. s. marrub. m. s. tart. alb. nc. s. l. dr. vj. fol. ſenn. dr. vj. coq. in aq. & vin. l. ſ. q. vaſ. clauſ. col. lib. ij. pro uſu. ſingulo hau. ui addi poteſt ſp. tart. rectit. ſcr. i. inter ſpecifica tiam laudantur marub. cent. min. tarax. fl. cham. n decoct. ex obſ. Poter. appropriatum eſt decoct. ad. rub. tinct. it. expertum eſt decoct. fragrar. um paſſ. it. anſerin. fl. hyper geniſt. calend. & præ- ipuè croc. ſpecificum etiam eſt ſem. aquileg. hinc ulv. Timæi ad icterum expertus paratur ℞. ſem. quileg. dr. vj. croc. orient. dr. i. tart. vitriol. dr. . M. f. pulv. divid. in 7. æq. ſumend. ex vin. calid. . diebus continuis laudatur etiam mixtur. ſ. ſp. ape- it. penot. elix. prop. p. ſp. tart. rectif. ſp. ſal. armon. inc pauperculi urinæ potu ab ictero ſe curant ſu- nendo eam vel ſolam vel cum ſucc. marub. & ab. nt. & in lecto deſuper ſudando. rad. curcum. e- iam anteicterica eſt ſ. ſola ſ. mixta cum antim. liaph. it. pulv. lumbr. ter. vel ſal. vol. lumbr. aut rin. laudatur etiam ob texturam volatilem ſali- am nitroſo-armoniacalem ſtercora quædam ùt erc. anſercul. ſter can. oſſa rodentis ſter. album pull. xſicc. & pulv. trag. ſtercorar. quercet. lap. in fel- bovis. vel porcor. repert. bez. occid. &c.

IV. Optima etiam in ictericis ſunt chalybeata, ic pulv. ad icter. ſpecificus eſt lim. mart. exactiſ- me pulveriſ. & ſub. tritura ol. deſt. lig. ſaſaph. rrorat. nunc ſol. nunc. eum aa. cryſt. pp. huc etiam

ſpe-

ſpectant *pulv. cachect.* ſupra in obſtruct. epat. propoſ. l. ℞. *croc. mart. aperit. ſcr. iv. pulv. epat. rub. ſal. abſint. chelid. m. cent. min. à. ſcr. 1. M. f. pulv. divid. in 8. p. æq. ſumend. ex juſcul. alterato rad. cich. petroſel.* it. *vina chalybeata. vin.* in quo *aur.* ſæpè extinctum. huc ſpectant quoque *acidul.* quæ deſperatos interdum curârunt icteros.

V. Inter externa prodeſt inunct. epat. *ex ol. lumb. ter.* ad hoc ſpecifico, vel *ol. tamariſc. cum cerat. ſant. & de ſucc. cicut.* it. *ung. mart. deopilat. empl. de cicut.* laudatur etiam *hyperic.* plantis pedum ſuppoſit. vel catapl. *ex fol. marub. virid. rad. chelid. m. & viſc. querc. cum acet.* vel *vin ſubact.* pro delenda penitus tinctura convenit *baln. aq. d.* fricando in eo corpus *ſaccul. farin. bord. & fab. replet. & in aq. calid. intinct.* vel paretur inſeſſus ſeq. ℞. *rad. ſigill. Salom. ſerpent. ennul. chelid. m. à. mj. herb. cent. min. murrub. praſſ. fumar. pariet. orig. ſcabioſ. a. mij. fl. hyper. melil. ſamb. à. mj. ſem. cumin. unc. 1. s. furf. m. iij. coq. ex ſ. q. aq. pro inſeſſ.* elicito priùs ſudore per ſeq. emulſ. ℞. *ſem. aquileg. ſcr. iv. card. b. citr. à ſcr. 1. aq. fum. ſamb. à. unc. 1. s. M. f. emulſ. add. cc. phil. p. p. ſcr. 1. ſpir. ſamb. ſcr. s. M.*

Dieta aër ſit temperat. purus, luminoſus, victus mediocris boni ſucci magis ex liquidis. vitetur ingluvies, cibi craſſioris ſucci, legum. fruct. hor. piſc. carnes ſalit. infumat. mellit. ſacharat. potus. ſit vin. lymphat. vel cereviſ. tenuis aut medicat. vel decoct. *cich. rad. fragrar. paſſ. &c.* vel *rad. cynosbat, liq. paſſ. &c.* vitetur ira & triſt. ſomnus, vigil. motus & quies ſint mediocria, alvus præ cæteris ſervetur laxa. *Scir-*

Scirrhus epatis, lienis & meſenterij.

Nom. Scirrhus epatis, lienis & meſenterij Erhartung der Leber/ Miltz und Kräß-Drüſſen/ arter Leber und Miltz-Zelten.

Deſin. Eſt partium harum tumor frigidus, durus, renitens, ac indolens à materia craſſa & frigida progenitus.

Gen. Eſt morbus auctæ magnitudinis.

Subject. Epar, lien & glandulæ meſenterij, quæ ubinde etiam afficiuntur tumoribus ſtrumoſis & cirrhoſis, quod non rarum in infantibus cum atrophia & tumore quaſi tympanitico abdominis.

Differ. Alius eſt *non exquiſitus ſ. recens* ſenſibilis adhuc & dolens: alius *exquiſitus* & diuturnus in lapideam tranſiens duritiem, ſenſúmque omnem ac dolorem exuens.

Cauſ. intern. Humores craſſi, frig. viſcidi, tartarei diuturnas obſtructiones cauſantes præcipuè i aciditas juncta, cujus hoſtili præſentiâ ſtringuntur fibræ, clauduntur pori ac ordinarius fluidorum tranſitus plùs minùs impeditur.

Cauſ. extern. Victus craſſus, dulcia, ictus, casus, compreſſio hypochond. applicata topica vel nimiùm refrigerantia & ſanguinem coagulantia, vel nimiùm reſolventia ac tenuiores partes diſſipantia & craſſiores relinquentia, aq. craſſ. impuræ, turbidæ.

Sign. diagnoſt. Si in epate, adeſt, durities & renitentia dextri hypoch. figurâ epatis circumſcripta, gravitas ac ponderis ſenſus in reſpiratione,

ne, difficilior decubitus in latus ſiniſtrum, color faciei pallidus ac quaſi vireſcens, corporis macies, quandoque & tumor pedum &c. ſi in liene, hæc obſervantur in ſiniſtro hypoch. & difficilior eſt decubitus in latus dextrum. ſi in meſenterio, itidem tactu & ex ſitu loci percipitur interim benè res perpendenda, ne durities, quæ circa ſiniſtrum hypochondrium ſentitur vel reſideat inter muſculos abdominis & peritonæum l. inglandulis omenti & meſenſenterij l. in inteſtino ſtercore craſſiori obſeſſo & tumorem farciminalem exhibentem, cùm durities lienis non ſit adeò frequens, prout vulgo putatur.

Prognoſt. Scirrhus inſenſibilis curationem non admittit, qui verò difficulter ſentit, difficilis quoque curatu. inveteratus in hydropem degenerat. ictero ſuccedens aut illum generansvalde pernicioſus. ſi ad ſuppurationem deducatur, facilè degenerat in cancrum.

Indicat. Sunt p.p. materiam induratam emollire, diſcutere, reſolvere.

Curat. fit I. Intrinſecùs ijſdem, quibus obſtruct. epat. ubi *martialia* ante perfectum ſcirrhum ſunt optima, hinc *aquæ ferratæ* tumentes lienes abſumere dicuntur, atque experientiâ conſtat, animalia apud fabros ferrarios educata, qui ipſis dant aquam, in qua candens ferrum extinctum, exiguos hebere lienes, prodeſtigitur *tinct. mart. aperit.* l. *mars aperit. Williſ.* quorum deſcript. vid. in prax. *Gaukes* l. ſcr. 1. quottidie de limat. mart. pro evacuatione laudantur *pilul. ex ammoniac. de tart. querc.* tartar. Bont. l. ſeq. ſorb. ℞. *gumm. ammon.*

on. gr. viij. maſſ. pilul. melanagogus querc. ſcr. 1.
xtr. gent. cent. min. à. gr. iv. pulv. ſyr. gr iij.
m ſ. q. ſyr. defumar. M. f. pil. N. ix. deaur. ſeq.
iam maximè proficuæ. ℞. *mart. cum ſulph. cale.*
r. ij. gumm. ammon. depur. ſcam. ſulph. à. dr. 1:
m ſyr. de cich. cum rhab. & ſp. vin. à ſ. q. f. maſſ. pil.
uarum doſ. à. gr. viij. ad ſcr. 1. quottidie ſeq. de
umm. purg. utiliſſimæ ℞. *gumm. ammon. depur.*
mat. chalyb. ſubtil. trit. & crib. mercur. dulc. à.
r. s. caſtor. ſcr. 1. reſin. ſcam. ſcr. ij. mag. gumm.
ot. dr. s. troch. alch ſcr. 1. ol. charyoph. gut. x.
M. f. pil. N. Lvi. dentur quottidie *m. N. 3. 4. ſ.* ex
eobſtruentibus conveniunt *tart. vitr. cum ſal.*
ch. abſint. ſal. hopochond. pot. croc. mart. aperit.
nct. & ſp. tart. it. aperientia ùt jura pulli alte-
at. cichor. cuſcut. agrim. petroſel. &c. cum gutt.
liquot ſp. tart. l. ſal. armon. alij etiam commen-
ant uſum *thareb.* in ſcirrho lienis ſpecificum di-
itur *urt. mort. ſ. pulv. ſ. in vin. decoct. 2.* agendum
opicis emoll. & digerentibus, quæ invicem mi-
cenda, vel alternatim uſurpanda, nè ex ſolo
mollientium uſu putredinis & cancri: ex ſolo
iſcutientium majoris indurationis immineat pe-
iculum. ex his topicis in uſu inprimis ſunt ſemi-
up. & foment. parat. v. g. ℞. *rad. bryon. alth. lil.*
lb. à unc. 1. fol. malv. violar. pariet. abſint. agrim.
. mj. ſem. lin. fænug. aneth. à. unc. s. fl. cham. me-
l. roſ. à. pj. coq. in 3. p. aq. & 1. vin. alb. ſub fi-
em addit. l. in aq. & acet. fomentetur m. & v. per-
ong. per ſemihoram, ſi ſcirrhus contumacior. add.
ad. ir, cucum. ag. ebul. &c. hinc fiat inunct. ℞.
l. tamariſc, lil. alb. à. unc, 1. diſſolv, maſſ. empl. de-

cicut,

cicut. unc. ij. M. f. lin. valet etiam *ung. decut. fabric. Hild.* item *ung. lusitan.* l. ℞. *ol. capp. absinth. mastich. à. unc. s. succ. rad. bryon. ap. à. unc.* 1. *s. coq. ad succ. consumpt. add. mucil. rad. alth. acet. ros. fact. unc. s. gumm. ammon. acet. squill. dissol. & inspiss. dr. vj. cer. q. s. M. f. ung.* prodest etiam catapl. *ex nicot. Zwelf.* it. *ex fol. byosc. in acet. cott. addito ol. amygd. am.* it. *ex ferment. acrior. in aa. ol. & vin. ad consist. catapl. cott.* vel ℞. *rad. cucum. agrest. lib.* 1. *fol. malv. violar. à. miij. coq. ad putrilag. contund. & traiic. persetac. add. ol. de capp. de tamarisc. à. unc.* 1. *acet. squillit. parùm M. f. catapl.* multum prodest catapl. de cep. seq. ℞. *cepar. sub ciner. assat. & excort. N. viij. herb. malv. bismalv. à. m. iv. farin. fænugræc. unc. viij herb. consciss. & cum cæp. benè contus. coq. ex aq. ad consist. catapl.* quod tepidè liberaliter & immediatè super tumorem iniiciatur & per vinculum in suo loco servetur. ex empl. prosunt *empl. de nicot. Zwelf. empl. de cicut. cum aa. gum. ammon. in acet. dest. sol.* l. ℞. *empl. de mucilag. unc.* 1. *de melil. unc. s. gumm. ammon. in succ. absint. dissol. dr. iij. malax. cum ol. absint. & lil. alb.* item *empl. de ran. cum mercur. empl. carminat. sylv. cerat. de amoniac. Foresti.* vel *cerat. aq. pendent. ex ammon. succ. nicot. resin. pin. thereb. succ. ebul. ol. capp. & cer.* item cerat. de cæp. ℞. *cæp. sub cin. ass. excort. minutiss. concis. & contus. unc. v. sap. ven. unc. xij. cer. fl. resin. à. unc. iij. farin. fænug. trit. unc. vj. ol. oliv. parùm. liq. simul & agit. pistill. donec frigefiat.* item empl. de lad. empl. Busting. vid. prax. Gauckes &c. emplastra hæc usûs tempore mala-

xari

tari poſſunt *ol. deſt. ſuccin.* vel *tart. philoſoph.* *um. ammon. &c.* proſunt etiam ſtillicidia *ex de-* *oct. emoll.* vel *ol. lil. alb. lumbr. lin. &c.* it. *luta.* *hermarum.* poſt uſum emollientium prodeſt *va-* *or ex acet. forti & aq. vitæ* ſuper lapidem mo- atem, aut laterem candentem effuſis, poſt cujus ſum iterum ad emollientia, & hinc rurſus ad re- olventia tranſeundum.

Diæta ut in obſtructionibus epatis. proſunt in ibis *naſturt. croc. aſparag. fænic. petroſel. capp.* &c. potus ſit aq. fabrorum l. vin. tamariſcat. l. nedicat. cum infuſ. ſplenet. l. chalybeat. l. aurat. &c.

Cachexia.

NOm. *Cachexia, malus habitus.*

Defin. Eſt corporis totius habitus in pallidum, ividum, plumbeum vel vireſcentem & ſubtumi- tum ac flaccidum mutatio cum tumore faciei, palpebratum ac pedum ædematoſo, diſpnæa præ- ertim in acclivi aſcenſu & tantillo motu cum palpitatione cordis quandoque ac arteriarum cir- a jugulum & tempora pulſatione, laſſitudine to- ius & præcipuè crurum, urgente non rarò dolo- e compreſſivo & anxioſo præcordiorum, urinis rudis aqueis ſubinde turbidis cum copioſo albo edimento, febre etiam quandoque lenta &c.

Gen. Eſt ſymptoma nutritionis partim dimmi- utæ. partim depravatæ: imò etiam in qualitate nutata.

Subject. adæqu Eſt univerſi corporis habitûs

ac præcipuè cutis musculi. *subject. originale* sunt partes chylosi ac præcipuè sanguificationi instrumentaliter servientes.

Differ. Alia est *pura* exorta à sanguine crudo pituitoso vel seroso: alia *mixta*, cùm crudo sanguini aliquid etiam alterius humoris ùt bilis vel melancholiæ admiscetur, unde postmodum diversi oriuntur colores fædi & p.n. hinc alia cachexia est alba, alia citrina, alia livida. item alia *primaria & primigenia* quæ per se incipit: alia *consectaria* quæ alios morbos sequitur: alia *recens*: alia *inveterata*: alia *cachexia* propriè dicta: alia *leucophlegmatia* quæ est summus cachexiæ gradus cum habitu corporis insigniter tumido ac inflato, laxatóque tono fibrarum musculosarum & nervosarum: alia *anasarcha f. hyposarcha* quæ est habitus cachecticus ex ichoroso & crudo sero ex qualicunque occasione retento in habitum corporis deposito concurrente etiam fortè impedimento circulationis lymphæ, eâdem ex obstructione tubulorum & glandularum partium stagnante, hinc effusâ ac veluti in gelatinam concrescente. differt à leucophlegmatia quod in hac habitus pituitosus minùs splendens ac nitens sit, ùt in anasarcha cum vestigijs digito impressis diutiùs durantibus.

Caus. immediat. Est depravata universi corporis nutritio ex cruditate M. S. ac inde deficiente aut dimminuta ejus fermentatione oleosis nempe & volatilibus chyli particulis suppressis: serosis verò & pituitosia dominium obtinentibus. oritur autem cruditas M. S. vel ex deficiente chylosi alimen-

mentis non ritè fermentando volatiliſatis ac in ſubdulcem aut ſubſalſum volatilem liquorem, ſed in pituitam craſſam, crudam & acidam degenerantibus accedente bilis inertiâ ſ. deficiente ejus acrimoniâ ſalino volatili, quæ nec corrigit, nec perficit debitè chylum, nec fæces ritè ſeparat, unde ex cacochylia cacochymia & vitium coctionis primæ non corrigitur in ſecunda, hinc ſanguine tali crudo infarciuntur potiùs quàm debitâ aſſimilatione nutriuntur partes, vel alios morbos ſequitur immediatè ſanguinem vel ejus defæcationem & depurationem attingentes ùt v. g. nimias hæmorrhagias, ſanguinis ſuppreſſ. gonorrhæam, fluorem album, febres chronicas, molam aut fætum mortuum, renum ulcera, urinæ ſuppreſſ. epatis aut lienis atonias, obſtruct. tumores &c.

Cauſ. diſpoſ. Temperamentum frig. & humid. ætas ſenilis *teſte Hip. 3. aph. 31.* ob langueſcentem calorem & deficientes plurimas volatiles oleoſas particulas. ætas puerilis ob ingluviem, mulieres ratione menſium vel nimis fluentium vel ſuppreſſor.

Cauſ. extern. Aër frig. & humid. alimenta pravi ſucci, vel nimiùm frigida, craſſa, cruda, viſcoſa & tartarea, ingluvies & immodicæ helluat. & commeſſationes, nimiæ lucubrationes ſuppreſſ. menſ. hæmorrhoid. vel nimiæ harum evacuationes, toxicationes, morſúſque animalium venenator.

Sign. diagnoſt. Jam poſita in defin. facies enim maximè turgeſcit præſertim ſub auroram, manus

etiam & pedes potiſſimum ſub veſperam ampliantur, totum quoque gravatur corpus, & ad motum pigrius evadit, ac aliquatenus ſtupeſcit.

Prognoſt. Cachexia eſt malum chronicum tardæ & difficilis curationis præſertim inveteratum ſæpiſſimè degenerans in hydrop. cujus eſt prodromus. ſi occurat ſcirrhus epatis vel lienis confirmatus vix curabitur. difficilis etiam curatu eſt, quæ ſequitur febrem acut. aut intermittent. chronicam malè à medico vel crebriori potu ab ægro tractatam. it. ſi ſuperveniat mulieribus, quibus ordine naturæ menſes deficiunt. Cachexia hæc etiam ſenibus familiaris, quâ tamen affecti vix evadunt. pueri facile curantur. teſte Aretæo hic affectus longo aquiritur tempore, & nec ab uno inducitur corporis vitio ac affecto viſcere, ſed eſt omnium in deterius converſio.

Indicat. Sunt primam digeſtionem emendare, acidum vitioſum abſorbere, humores crudos, craſſos incidere, attenuare, evacuare, bilis inertiam acuere, diſcraſiam ſanguinis corrigere, partéſque affectas roborare.

Curat. fit I. V. S. omittendo, nisì menſes vel hæmorrhoides ſuppreſſæ.

II. Propinanda digeſtiva *ex crem. & cryſt. tart. tart. vitr ocul canc. ſal. abſint. &c.* v.g. ℞. *magiſt. tart. vitriol. dr.* 1. *s. fæcul. bryon. ſal. abſint. card. b. à. dr. s. mag. corrall. rub. ſcr. ij. M. divid in 8. p. æq.* l. ℞. *tart. vitriol. ſcr. ij. ſal. abſint. ſcr.* 1. *M. divid. in 2. p. æq. dentur cum brod. decoct. gallin. cum rad. fæn. petroſel. paſſul. croc. mac.*

III. Eva-

III. Evacuando ſ. per vomitum ſ. per alvum idque vel per nodul. laxat. per epicraſim, quo lenius enim tractantur cachectiti, eo citiùs curantur v.g. ℞. *rad. ebul. hirundinar. ir. noſt. à. dr. vj. cich. unc. s. cort. ſamb. dr vj. herb. agrim. epat. nob gratiol ſoldanell. card b. ſumit. abſint. à. mj. fol. ſenn. ſ. unc. i. mechoac. turb. rhab. à. dr. iij. ſem. carth. unc. s. galang. calam. arom. à. dr. ij. ſem. anij. dr. iij. inciſ. dentur ad nod. ex ſeric. alb. l. ℞. herb. cuſcul. capill. ven. ling. cerv. meliſſ. puleg. à. mj. abſint. pont. m. s. fol. ſenn. ſ. unc. ij. rad. gial. unc. s. rhab. el. dr. ij. mart. cum ſulph. p.p. tart. alb. p.p. à. unc. s. mac. ſcr. i. f. nod. pro vin. alb. lib. v ſtent in infuſ. per 24. hor. doſ. unc. vj. præ aſſumpto carnis brod. & compreſſo nodul.* vel in forma *pilul. ℞. extr. panchym. ſcr. i. mag. gial. gr. vij. ol. deſt. abſint. gut. ij. cum ſ. q. tinct. mart. M. f. pil. N. xj. deaur.* vel in forma bol. ℞. *rob. ebul. dr. i. ij. mag. gial. gr. xv. (plus minùs) crem. tart. ſcr. s. M.* vel in forma pulv. ℞. *rad. gial. rec. pulv. ſcr. i. s. ij. ſcam. ſulph. gr. ix. x. crem. tart. ſcr. i. ol. fænic. gut. iv. M. f. pulv.* plura vid. *de hydrop.*

IV. Imprimis conveniunt *martialia* ùt *pulv. cachect. querc. & hartm.* vel ℞. *chalyb. cum acet. p.p. unc. i. s. fæcul. aron. chryſtall. tart. à. dr. ij. ol. charyoph. gut. xx. cinam. gut. vij. ſacch. ros. tabul. dr. vj. M. dos. dr. i. m. ex brod. de ambu-*

lando desuper leviter. item *vin. ex infus. absint. rosm. & chalyb.* it. *tinct. mart. liquid. Zwelf. tinct. vitr. mart. Ludovic. vin. malvat. martial. hartm. claret. martial. minf.* nodul. v. g. ℞. *herb. roris. m. salv. à. m. s. absint. mj. fl. cent. min. p. iv. rhab. el. unc. 1. s. cinam. galang. zz. à. dr. ij. limat. mart. rec. unc. 1. s. M. includ. nodul.* sub usu horum semper alvus aperta servanda est, quare consultum omni septimana semel vel bis vesperi assumere dosin *pilular. usual.* vel *ff.* vel uti clystere lenitivo.

V. Exhibenda roborantia & alterantia volat. plus minus aromatico-amata, sumendáque ex vehiculo calido: talia sunt *elix. prop. p. sinè acid. ess absint. cent. min. agrim. chamæd. elix. ment. tinct. tart. compos. sp. carmin. de 3. sp. sal. arm. tinct. corall. sp. & rob. baec. junip. &c.*

VI. In anasarcha præcipuè laudantur insuper sudorifera & diuretica: inter illa eminet decoct. *sasaph. & guajac.* v. g. ℞. *ras. lign. sanct. unc. vj. sasaph. unc. ij. sant. omn. à. dr. vj. ras. ebor. cc. à. dr. iij. infund. & coq. in aq. font. lib. viij. ad med. add. rad. calam. arom. galang. min. bardan. peta sit à. unc. 1. fol. salv. chamæd. à. mj. col. dos. ad unc. viij. x.* bis in die. inter hæc decoct. *gr. junip.* it. *rad. vincetox. in vin. parat. decoct. ennul. aut vin. absint. v. ennulat.* lixiv. *ex ciner. absint. & genist. cum vin. alb. parat.* v. g. ℞. *cin. genist. l. absint. l. sarment. vit. ad albed. calcin.*

cin. & cribr. unc. iv. vin. alb. lib. ij. digger. calid. in vaſe clauſ. per 3 l. 4. hor. col. dos. unc. vj. l. vij. bis in die laudatur etiam malvat. juniper. item *ſp. ſal. l. thereb. ex brod. decoct. petroſel.* Ettmüller. aliquando in anaſercha proficuum obſervavit ſeq. decoct. ℞. *rad. bryon. rec. unc. i. aſar. unc. s. ſal. tart. dr. iij. inf. in ſ. q. aq. ſ. ſtent in loco tepido per noct. manè add. rad. vincetox. dr. iij. com. abſinth. mj. fl. bellid. m. s. bacc. juniper. dr. iij. inciſ. & contus. confund. ſimul ac coq. de col. ℞. lib. i. s ſp. ſal. armon. tinct. nephrit. à. dr. ij. syr. de hyſſop. dr. iij.* detur hauſtus ter de die mirè etiam laudatur *decoct. aſar. cum pauco cinam.*

VII. Pro materia in ambitu corporis diſcutienda utendum validâ frictione cum linteis aſperis, inprimis etiam utiles ſunt *thermæ ſulf. bituminoſ. baln. laconica &c,* non tamen in principio, ne intempeſtivè adhibita aſthma vel applexiâ excitent. pro œdemate pedum ſeq. prodeſt baln. ſudorif. ſequente ſuffitu & aſperſione pulv. ℞. *rad. ebul. unc. iv. herb. ſalv. beton. roriſm. à. miij. bacc. laur. m. s. juniper. m. i. s. incis. & contus. coq. pro baln. ſudorif. ped. ſudor detergatur linteo maſt. perfum. l. ſeq. ſuffit. ℞. maſt. ſucciu. olib. à. dr. i. tacam. dr. iij. lig. alo. dr. i. ros. rub. mj. M. f. pulv. abſterſo ſudore ſeq. pulv. corroborationis ratione aſpergatur* ℞. *abſint vulg. hed- terreſt. ſcord. à. mij. ſabin. m. s. fl. ros. anth. ſtæch. salv. à. m. s. farin. fab. lupin. lent. à. unc. i. s. bacc. laur. juniper. myrtill. à unc. i. myrrh. maſt. à. unc. s. M. f. pulv. cauteria*

etiam crutibus affixa utilia ſunt in his affectibus.

Dieta victus ſit tenuis calefaciens & exſiccans, cibi boni ſucci aromatibus conditi, magis aſſi quàm elixi. vitentur frigida, craſſa, lenta & excrementitia ùt *olera fruct. hor. lacticin. piſc. &c.* vitetur ciborum varietas & repletio, cùm abſtinentiâ multi fuerint curati. potus ſit *vin. alb. tenue, odorif.* vel *amaricantibus ùt abſint. elen. &c. aromatizat.* ſit etiam partior & citra ſatietatem, fugiatur potus aq. vitetur otium. juvant exercitia moderata. deambulat. fricț. nocet ſomnus diurnus vitentur fortiores animi motus ac alvus ſervetur aperta. poſt cibum ſumatur pulv. peptic. v. g. ℞. *ſpec. diarrh. abb. diatrionſant à. ſcr. ij. diacureum. dialacc. à. ſcr. 1. cinam. opt. dr. ij. nuc. moſch. dr. 1. mac. Charioph cubeb. cardam. à. ſcr. s. corrall. rub. p.p. dr. 1. fol. aur. N. ij. ſacch. albiſſ. unc. ij. M. l. ℞. ſem. aniſ. dr. vj. Coriand. fœnic. à. dr. 1 corrall. rub. p.p. cinam. à. dr. 1. tunic. intern. ventric. gallin. p.p. dr. 1. ſacch. roſ. tab. unc. iv. M. f. pulv.*

Hydrops.

NOm. *Hydrops, hydropiſis, morbus hydropicus, aqua inter cutem ſ. intercutanea* Waſſerſucht.

Defin. Eſt aucta abdominis magnitudo dependens à ſeroſo & aquoſo humore in ejus capacitate contento.

Gen. morb. Eſt morbus in magnitudine aucta, vel ſymptoma læſæ ſanguificationis.

Sub-

Subject. continens & adæquat. præcipuè eſt abdomen, ſubinde etiam ſcrotum ac pedes. *Principale* non tantùm jecur, prout VV. volunt, verùm etiam quælibet viſcera ſanguinis generationi vel defæcationi & deſpumationi inſervientia immò ipſe ſanguis debilitatus chylum ritè ſibi aſſimilare haud valens.

Differ. Alius hydrops eſt *aſcites ſ. utricularis* de quo dict. in defin. alius *tympanitis* de quo infra: alius *leucophlegmatia* de qua ſupra in cachexia. it. alius hydrops eſt *univerſalis* ùt in anaſarcha: alius *particularis* ùt in aſcite, hydrocephalo, hydrocele, hydrope pectoris, uteri &c. it. aſcites alius eſt *incipiens*: alius *increſcens*, alius *inveteratus*: alius *lento pede* accidens: alius *ſubitò* invadens: alius *primarius* per ſe vel ab evidenti cauſa oriundus: alius *conſectarius ſ. ſecundarius* qui alios morbos ſequitur.

Cauſ. immediat. Eſt partium chylificat. & ſanguificat. deſtinatarum atonia & imbecillitas, imò ipſa M. S. ſpiritibus depauperata & in craſi vitiata ut aſſumpta ac in chylum mutata cum juncto vehiculo ſeroſo ſanguini debitè non aſſimilentur, ſed ſucceſſivè magis attenuata ac reſoluta cum ſero tandem extravaſentur accedente ejus coacervatione per deficientem urinæ excretionem & inſenſibilem tranſpirationem. oritur igitur hydrops vel per ſe vitio læſæ primæ digeſtionis, vel alios morbos ſequitur generationem vel defæcationem ſanguinis lædentes ùt v. g. tum febres intermittent. chronicas quaſvis malè tractatas ſpeciatim quartanas diuturnas ægris præſertim in paroxyſ.

nimis bibentibus, tum aſthmata diutiùs durantia, uti & alia pectoris pathemata ùt empyema, phtyſin, ſputum ſanguinis, tum tenes obſtructos, debilitatos, ulceratos, mictum quoque ſanguinis diuturnum, tum atoniam, obſtruct. vel ſcirrhos epat. lien. pancreat. glandular. meſenterij &c. tum icterum & alias cachexiæ ſpecies confirmatas uti & ſcorbutum, tum ſanguinem vel p. n. excretum poſt quamvis enormem hæmorrhagiam vel p. n. retentum ùt in ſuppreſſ. menſ. hæmorrhoid. &c. imò & alias nimias evacuationes ſequitur ùt v. g. per alvum, tum etiam crebriorem aut copioſiorem aut intempeſtivum potum præſertim frigidæ ùt in æſtate vel paroxyſimis febrium tum quandoque colliquationem ùt in febrib. acut. & hecticis. his cauſis ùtplurimùm ſi non ſemper jungitur defectûs ſenſibilis excretionis urinæ & tranſpirationis ùt difficillimè ſudent, quod fortè oritur ex irritatis ac conſtrictis poris ac fibris à contento ſero acri acido ſalſo, à qua cauſa etiam oriri videtur anguſtia illa præcordior. quaſi cingulo ſtringerentur hypochondria.

Aqua hydropicorum in cavitate abdominis ordinariò contenta (licèt ſubinde veſicis quibuſdam partibus intus adnatis incluſa obſervata ſit) eſt liquida & limpida M. S. pars à tinctura ſeparata, quæ tam particulas lacteas alibiles, unde leni igne in gelatinem vel ſubſtantiam ovi albumini ſimilem concreſcit: quam excrementitias in ſe continet, hinc diverſi coloris, plerumque eſt pallida & citrina urinam referens, quandoque lutea viridis, flavo-nigra, vel loturam carnium referens.

rens. eſt acido-ſalſa, hinc alij aquæ permiſta ſpumam ſaponis inſtar excitat. acrimonia patet, quod ulcera in crutibus excitet difficulter ſanabilia, ac morſum in recto inteſt. aciditas autem, quod lac coagulare obſervetur ac diſcutiatur alcalinis.

Extravaſatur hoc ſerum, vel quòd rariùs ex ruptis vaſis lacteis aut lymphaticis & fere magìs in particularibus hydropis ſpeciebus, vel frequentius ob difficiliorem circulationem M. S. ſeroſioris, ut ideò ſanguis ſeroſus proprio impetu ac mole magìs deorſum feratur ac difficiliùs aſcendat impulu in arterijs facto in venis haud leviter diminuto inc ſanguine exarterijs in venas tranſeunte utpote ſpiſſiori & impetum à corde impreſſum magìs ſuſcipiente, ſerum fluidius interim quà datâ portâ ſecedit ad inferiora. fit autem hoc præcipuè circa loca, ubi notabiliùs langueſcit à corde impreſſus impetus, uſque dum pedetentim ſuperiora versùs tandem vergit. VV. ſerum in cavitatem bdominis effundi voluerunt per vaſa epiploica & gaſtro epiploica juxta effatum *Hip. 7. aph. 55. uibus epar aquâ plenum in omentum eruperit, ijs enter aqua expletur & moriuntur.* omentum enim plurimum affectum eſſe volunt, tum quia nimalia, quæ non mingunt carent omento, tum uia id ſemper in hydropicis diſſectum vel puridum vel laceratum vel tumoribus refertum inenitur.

Cauſ. diſpoſ. Hæreditaria diſpoſ. temperament. rig. & humid. detenti atoniâ viſcerum primæ & ecundæ coctionis, ſubjecta pinguia & ampli petoris dum ſeneſcunt, ætas ſenilis, puerilis, fæmi-

næ

næ etiam magis quàm viri præsertim ubi parere desierunt, subinde etiam steriles juniores occupat &c.

Caus. extern. Usus cibor. frigidor. & humidor. ut melon. lactuc. fruct. hor. &c. multa helluatio vin. generos. vel sp. vin. omnes enim ejusmodi calicum remiges aut tabe aut hydrope, aut ex febribus malignis pereunt. nimia etiam vel intempestiva frigidæ ingurgitatio præsertim etiam nocturna, diæta gulosa, & luxuriosa, suppres. mens. hæmorrhoid. *teste Hip. 6. aph.* 12. vel evacuationes eorum nimiæ, motus & quies immoderata &c.

Sig. diagnost. Præsentis vel plùs minùs imminentis segnities & languor totius corporis, pedum circa talos tnmor ædematosus ac plùs minùs serosus impressa digiti vestigia aliquamdiu retinens, qui noctu quidem imminuitur: interdiu verò augetur & vesperì longè major apparet hoc ordinariè primùm signum, & licèt hoc etiam accidat prægnantibus & alijs, quibus catamenia sistuntur, tamen hoc signum eo certiùs erit, si simul concurrant dispnæa, urinæ paucitas, & sitis intensa. idem tumor paulatim & successivè auctus ac ascendens transit ad ventrem hinc & scrotum & tunc simul subinde intumescunt testes, it. præputium & colis, qui subinde penitus occultatur: subinde quadruplo fit major & translucidus, adest sensus fluctuantis aquæ, dum æger de latere in latus convertitur, abdomen plerumque intumescit sensim & inadvertenter: interdum breviter & quasi subitò nunc ex uno nunc ex utroque la-

ıtere, adeò ut plerumque etiam poſt mortem ſic
ıaneat. raróque detumeſcat. ex obſervatione *ſylv.*
ui in hydropem incidentes multùm bibunt, in
s plerumque hydrops ſe in abdomine manife-
at; qui verò in potu ſobrii, in his plerumque
ı pedibus. interim ſuperiores partes detumeſcunt
: emaciantur præcipuè jugulum, cervix & pe-
ıus, quibuſdam etiam facies præſertim manè à
›mno intumeſcit, interdum etiam ad extremum
ıanus inflantur, color faciei ùtplurimùm palli-
us, plùs minùs lividus, multi ſimul etiam ve-
antur pruritu moleſto, quidam ſcabie, abſceſſus
uoque & maculæ in cruribus quibuſdam erum-
unt ſæpiùs tamen lethales, plerumque etiam fe-
ris comitari ſolet hydropicos, eáque continua,
:nta circa veſperam manifeſtior, pulſus parvus,
:ebrior, ſubdurus cum quadam tenſione, ſitis
ıamoſa & extinguibilis quæ indulgendo creſcit,
lbi faſtidium inſigne plerumque, cùm aliqui ad
ıortem uſque comedant, anguſtia magna circa
ræcordia & ſpirandi difficultas maximè cùm lo-
ı alta ſcandunt, vel decumbunt, eſtque unum
x maximè præcipuis, de quo conqueruntur ægri
uæque etiam nondum apparente tumore hydro-
:em præſagit, eáque emergente incrementum
ımit adeò ut ſæpiùs à media nocte orthopnæico-
ım more erecti ſpiritum ducere cogantur acce-
ıit etiam plerumque tuſſis ſicca mali ominis, uri-
ıa minor reſpectu potûs ac ferè ſemper craſia,
ixivialis & intensè tincta: ſubinde, licèt rarò,
›allida & tenuis, alvus nunc clauſa eſt, nunc cum
:phoria liberior eſſe ſolet, quandoque epilepſia

ſuper-

ſupervenit, interdum etiam in apoplexiam lethalem convertitur. diſtinguitur à graviditate. quod in hac color faciei vividus, oculorum vigor, tumor inæqualis ad præcordia ſurſum vergens ſinè fluctuatione, & ſiti, urinâ etiam magis naturali exiſtente, menſibúſque ſuppreſſis, qui ſub hydrope ſæpe fluunt.

Prognoſt. Omnis hydrops periculoſus & curatu difficilis, eóque difficilior quò magis inveteratus, ut adeò ab hydrope pauci liberentur, ídque potíus felicitate divinâ, quàm artis auxilio: in ſpecie tota prognoſeos ratio conſiſtit ſaltèm in accurata conſideratione cauſæ remotæ & conſtitutionis viſcerum abdominis, conjunctus cùm ſcirrho epatis vel lienis aut ulcere partis internæ nunquam ferè curatur, aut curatus lethaliter recidivat. ſic malus quoque ſuperveniens morbo acuto. minùs eſt periculoſus, qui oritur ex nimio aquæ potu vel levibus obſtructionibus vel febrem ſequitur. in hydrope, cachexia, aliíſque ſimilibus morbis diuturnis, dejectio nigra, quæ non eſt à medicamentis, lethalis eſt. hydrops ex perverſo purgantium abuſu excitatus admodum periculoſus. quò lotium minùs redditur, eò deterior eſt hydrops. mala etiam urina rubicunda, lixivialis & pauca. abſceſſus vel maculæ lividæ in eruribus erumpentes lethales gangrænam nempè imminentem & mortem præſagientes. hydropici qui remediorum efficaciâ liberantur, ſi in eundem affectum reciderint, deſperati ſunt ob latens viſceris vitium immedicabile. hydrops faciliùs in juvenibus, quàm ſenibus: viris quàm fœminis;

hu-

umidioribus, quàm ſiccis: ſervis, quàm libe-
s, æſtate, quàm hyeme curatur. *Hip. 7. aph. 47.*
6. aph. 35. ait: *ſi hydropicus tuſſim habeat ma-*
m, vel deſperatus eſt. eſt autem ea tantùm fera-
s & funeſta tuſſis quæ fit pulmone ab aqua in
horace laceſſito. id. *Hip. 7. aph. 55.* ait: *quibus*
ar aquâ plenum eruperit in omentum (per vaſa
piploica) *ijs venter* (id eſt cavitas abdominis)
quâ repletur & moriuntur. nam hydropi inci-
enti alvi profluvium bonum: confirmato verò
malum, mortiſque prodromus. id. *Hip. 7. aph.*
9. ait: *ſi leucophegmatiâ detento fortis diarrhœa*
pervenerit morbum ſolvit. Hydropici plerum-
ue circa novilunium pejus ſe habere ſolent, eó-
ue tempore ferè ſemper moriuntur *teſte Rolfinck.*
poſt uſum violenti catharctici venter non detu-
eſcat, malum eſt deſperatum. rubicundus uri-
æ color, pulſus citatus, corporis calor & macies
um virium lapſu conclamatum morbum ſigni-
cant. melioris ſpei curatio eſt, ſi æger ſit flori-
æ ætatis, robuſtus ac diſpoſitiones febriles ab-
it.

Indicat. Sunt ſeroſam humorum colluviem e-
acuare, confluentem aliò avertere, cauſam, ob
iam colligitur, removere, ſanguinis craſin e-
endare, primam digeſtionem læſam corrigere,
llem acuere, urinæ fluxum promovere, partéſ-
ue affectas roborare.

Curat. fit I. V. S. nisi ab initio in ſuppreſſ.
enſ. ceu peſtem & ſummè noxiam fugiendo.

II. Digeſtiva itidem tranſmittendo, cum ma-
ria ob fluiditatem & tenuitatem nullam reci-

piat

piat coctionem, nisi crassior materia obstructionum causa sit.

III. Veniendo ad hydragoga : circa quæ not. 1. Ea commodiùs exhiberi lunâ decrescente. 2. Catharctica, si vel segnius, vel minùs potenter operentur, officere magis, quàm prodesse sanguinem debilitando, camarinam tantum movendo, sicque tumorem augendo. diligenter igitur ex ægro inquirendum, num facilis l. difficilis solutionis, præstatque peccare magis in excessu quàm defectu cùm excessus usu laud. op. tolli possit. 3. Hydropem postulare catharsim & validissimam & maximè celerem, hinc singulis diebus expurgandus hydropicus, nisi quod seu ob nimiam corporis debilitatem, seu ob catharctici præcedentis operationem plùs satis violentam dies unus aut alter subinde intercalari possit præsertim etiam cùm aquæ jam in motum concitatæ plùs noceant quàm quietæ, ac insuper occasio detur aquis denuo colligendis & corrumpendis 4. In hydrope qui l. phtysim diuturnam excipit : l. à visceris alicujus labe ac putredine nascitur l. à sanguinis tono non tam relaxato, quàm planè deperdito & spiritibus orbato ægrum non tantùm non juvari à catharsi sed malum augeri, hinc in hoc passu magis conveniunt roborantia, aëris mutatio, & in aëre libero exercitium 5. In hydrope, qui l. pedes tantùm inflavit: l. etiam ventrem, sed modicè, non statim curationem requiri per catharctica l. emetica, sed haud rarò cedere roborantibus & calefacientibus. desumuntur purgantia *ex gial. mechoac. rhab. gum. gott. elater, mercur, d.* & præ-

cipuè

cipuè syr. despin. cerv. aquas copiosè eliciens, sed sitim ingentem inter operandum excitans. ex dictis simplicibus variæ parantur formulæ ùt in forma *potion.* v.g. ℞. *tamarind. unc. s. fol. senn. ſ. dr. ij. rhei dr. 1. s. coq. in ſ. q. aq. ad unc. iij. in col. diſſolv. mann. el. ſyr. deſpin. cerv. à. unc. 1. elect. de ſucc. roſ. dr. ij. M.* poſſet addi *jalap. rec. pulv. ſcr. 1. dr. s. aq. cinam. bugl. dr. ij.* &c. in forma *Boli* ℞. *rob. ebul. l. ſamb. dr. ij. conſ. alk. ſcr. 1. mag. gial. i. gr. xij. ad xviij. crem. tart. ſcr. 1. cum ſacch. l. ſyr. de ſpin. cerv. M. f. bol.* ℞. *conſ. roſ. dr. 1. gum. gott. gr. x. tart. vitriol. mag. gial. à. gr. vij. ol. deſt. aniſ. l. fæn. gut. ij. cum ſacch. f. bol.* in forma *pulv.* ℞. *rad. gial. rec. pulv. ſcr. ij. ſcam. ſulph. ſcr. s. tart. vitriol. gr. vij. M. f. pulv.* poteſt etiam addi *gum. gott. ſcr. s. l.* ℞. *ſpec. diaturb. cum rhab. rad. gial. rec. pulv. à. ſcr. 1. gumm. gott. ſcr. s. ol. deſt. mac. aniſ. gut. iij. M. l.* ℞. *mercur. dulc rec. p p. gr. xvj. mag. gial. gr. xij. l. rad. gial. rec. pulv. dr. s. M. f. pulv.* in forma *ſpirit. vin.* in illis præſertim, qui alia remedia nauſeant, & à repetito aliorum purgantium uſu abhorrent. v. ℞. *elix. vit. Matth. dr. ij. mag. gial. gr. xij. jul. roſ. ſcr. ij. l.* ℞. *mag. gial. gr. xj. ſp. ceraſ. nig. dr. ij. diſſolv. M.* in plures doſes. ℞. *rad. gial. contuſ. hermodact. à. unc. s. ſcam. crud. dr. iij. fol. ſenn. ſcr. ij. glych. raſ. ſem. carv. à. unc. s. ſumit. abſint. fol. ſalv. à. mj. inf. friget in lib. iij. aq. vit. vulg. col.* uſûs tempore ſumat cochl. 1. hora ſomn. & 2. manè ſequenti augendo l. minuendo doſim pro ratione operationis . ℞. *rad. angel. galang. à. dr. v. jalap. unc. 1. charyoph. dr. iij. ſcamon. dr. ij. ſal. tart. dr. 1. s. M. f.*

pulv. indendus in vas vitreum anguſti orificij & affund. ſp. vin. unc. xx. vitro ſuperalligatur linteolum & veſicula, ponitur in loco calido per 24. hor. hinc uſus tempore ablata veſcicula per linteolum effunditur cochl. quod l. per ſe l. adjecto ſacch. m. ſub meridiem & v. exhibetur poſt levem cænam. ſi 4. l. 5. operetur ſatis eſt, ſecus doſis augenda l. minuenda. in forma *ſyrup.* ℞. *mag. gial. ſcr. i gumm. gott. ſcr. s. ſyr. de cinam. dr. ij.* in forma *pilul.* ℞. *maſſ. pil. coch. ſcr. s. elater. gr. iij. M. f. pil.* l. ℞. *mag. gial. gr. x. elater. gr. v. crem. tart. gr. iv. cum ſ. q. ſucc. abſint. M. f. pil. N. vij. deaur.* l. ℞. *troch. alchand elater. mag. gial. à. ſcr. i. mercur. dulc. ſal. ononid. à. ſcr. ij. cum ſ. q. thereb. & ol. mac. M. f. pil.* laudantur & pilul. bont. hydragog. Zwelf. Timæ. v. g. ℞. *magiſt. gutt gamand. gr. v. reſin. gial. gr. vij. extr. ennul. gr. vj. ol. deſt. mac. gut. ij. M. f. pil. N. ix.* à multis inter purgantia laudatur *ſucc. ir. noſt. rec. expr. ad unc. iij. cum mann. calab. unc. i. s. M.* maximè etiam laudatur *Rhabarb.* Epar ſimul roborans, hinc *River.* obſervat aſcitem poſt vomitum ſanguinis ortum curatum per boccher. Rhabarb. pro pot. ordinar. conveniunt etiam vina hydrotica quale probatiſſimum *ſorb.* proponit ſeq. ℞. *fol. ſenn. ſel. unc. ij. rad. gial. unc. s. troch. de eupator. de rhabarb. à. dr. ij cort. ebul. med. ſambuc. à. dr. i. s. rad ir. noſt. lapp. maj. à. dr. ij. ſcyll. præp. dr. i. fol. gratiol. ſoldanell. à. mj. tart. crud. unc. s. paſſul. min. mund. unc. i. quandoque ſi magnæ adſint* obſtructiones *chalyb. p. p. unc. s. inciſ. dentur ad nod. pro vin. alb. ſextar. v. ſtent. in diggeſt. per 24. hor.*

doſ.

dos. unc. vj. laudant alij seq. decoct. ℞. cort. inter. sambuc. à ligno deras. miij. coq. in aq. & lact. lib.ij. ad lib. 1. cujus dimidia pars manè: altera vesperi sumpta vomitum ciet & catharsim, hinc quotidie assumenda, donec æger reconvalescat.

IV. Vomitoria hîc juxta plurimos practicos negligendo, nisi in summa vomendi inclinatione aut graviori dispnæa, cùm leniora nihil faciant & nauseam tantùm excitent: fortiora autem viscera magis debilitent, resolvántque tonum ventriculi, cujus fibræ jam antè ex nimia humiditate relaxatæ: imò fortiora vix operentur sero lixivioso acido infringente *sal. volat. emeticum*, sicuti *sp. nit.* infringit vim *antimon.* & *sp. vitr.* vim. *gum. gott.* interim R.R. aliqui ac præsertim Sydenhamb non veretur exhibere infus. croc. metall. additis subindè simul purgantibus ùt v. g. ℞. *aq. card. b. unc. iij. infus. croc. metall. unc* 1. *s syr. despin. cerv. unc. s. el. de succ. ros dr. ij. M.* exhib. quottidiè juxta ægri vires. licèt enim videatur tantùm colluviem in ventriculo stabulantem evacuare, tamen per cæcos ductus & meatus teste experientia etiam aquæ ex abdomine ad intestina & ventriculum transmitti possunt accedente præsertim agitatione & concussione per vomitum facta. Interim hoc remedio usus fuit, si venter præcipuè in tumorem insignem sit elevatus.

V. Purgationum vice clyst. etiam injici possunt, qui commodè etiam aquas ex asciticis educunt sine fusione totiùs massæ sanguineæ, quàm catharctica fortiora ferè semper efficiunt. parantur diverso modo v. g. ℞. *sem. carth. unc.* 1. *agar.*

opt. unc. s. pulp. colocynt. dr. ij. fol. abſint. ut. cha-mæd. cent. min. à. m. s. coq. ad lib 1. *in col. diſſolv. ol. rut. cham. capp. à. unc.* 1. *mell. roſ. unc. ij. M. l.* ℞. *decoct. emoll. lib.* 1. *el. diaphæn. unc.* 1. *vin. emet. turb. unc. iv. M. l.* ℞. *rad. bryon. ir. noſt. à. unc.* 1. *bacc. laur. juniper. à unc. s. cort. int. frang. ſambuc. à. mj. coq. in ſ. q. aq. l. urin. puer. in col. lib.* 1. *diſſolv. el diacathol. unc.* 1. *hier. pic. unc. s. ol. aneth. lil. alb. mell. commun. à. unc. ij. M.* Williſ. ſeq. cum multo effectu uſusfuit ℞. *urin. hom. ſan. & vinum bibent. lib.* 1. *thereb. vitell. ov. diſ-ſol. unc.* 1. *s. ſal. prun. dr. s.*

VI. Utendo diureticis utpote hydragogis naturalibus, quibus præmiſſis univerſalibus potiſſimùm inſiſtendum, licèt potiùs evacuent materiam, quæ in ventrem confluxura eſt, quàm quæ actu fluxit, maximè etiam conveniunt, dum in ægris conſtitutione debilioribus l. hyſtericis per catharctica & emetica res minùs geri nequit. ex his excellunt *rob. juniperin. malvat. junip. decoct. gr. junip. ex vin. generoſ.* v. g. ℞. *gr. juniper. con-tuſ. miij. coq. in vin. gen. l. aq. ad. 3. doſ. unc. vj. quottidiè manè.* it. *ſalia lixivialia ſarment. vit. ju-nip. geniſt. ſtipit. fab. abſint. betul. fim. columb. &c.* quæ vel omni manè ad drach. dimid. exhibentur *ex juſcul.* vel *vin. malvatic.* vel diluuntur in *vin.* & ità propinantur ſub forma lixiv. huc etiam pertinet *lixiv. benedict. minſ.* vel ex ciner. ſtipit. fab. Sydenhamb ſeq. lixivio hydropicos pro deploratis habitos curatos vidit. ℞. *ciner. geniſt. l. ſumit. juniper. lib.* 1. *vin. rhen. lib. iv. infund. frig. add. fol. abſint. vulg. p.* 1. *l. altero. de col. ſumantur unc.*

iv.

iv. m. v. & ſero uſque dum tumor dimminutus ſit not. autem hæc lixiv. cum vino parata minùs convenire, ſi urina valde lixivioſa & rubicunda fuerit. ex volatilibus laudantur *ſp. ſal. armon. ſp. tart. aperit. penot. carminat. de 3. tinctur. nephrit. ſp. urin. per putrefact. parat. ejúſque ſal. vol.* it. *ſp. lûbr. per putrefact. parat. ex hauſtu vin. malv.* it. *pulv. buffo. pp.* ſicuti etiam *buffones vivi* lumborum regioni applicari per urinam hydropem ſolvere dicuntur. *doſ. pulv. buffon. eſt à. gr. x. ad xv. l. ſcr.* 1. laudatur etiam *thereb. ex aq. pariet. lot.* ac quotidie exhibita. it. *ſp. ſal. ex brod. l. ſpirit. thereb.* alij laudant *ſucc. pariet. ad unc. ij.* alij *ſucc chæref. ex vin. alb.* m. per plures dies aſſumptum. alij ex obſ. *Borell. aq. veron.* alij *decoct. rad. vicetox.* alij *opercul. cochlear. depurat.* & *pulv.* alij hæc ſolvunt. *in ſp. ſal.* & exinde liquorem antihydropicum parant. *acidulæ* licèt plerumque rejiciantur, tamen ratione cauſæ obſtructionis ſcil: ſpadanas pluribus auxilio fuiſſe teſtantur Medicor obſervat. maximè ubi urinæ paucæ & tegulæ contritæ ſubſtantiam referunt.

VII. Sudoriferis abſtinendo, niſi in anaſarcha præſertim ſi hectica vel atrophia adfuerit, hinc etiam exinde deterius ſe habent, cùm ob materiæ ab exhauſta parte fluidiori relictæ majorem viſciditatem lentorem ac gelatinoſam ſubſtantiam ſummam incurrant reſpirandi difficultetem.

VIII. Purgantibus & diureticis interſerendo alterantia, roborantia & deobſtruent. ex quibus laudantur inprimis martialia & amara præſertim abſinthiaca, in quibus *teſte Ettmüller*, potiſſima hy-

dropis cura consistit. sic ab eodem seq. laudatur. ℞. *limat chalyb. rec unc. 1. rad. zeduar. incis. & contus. dr. vj. M. ad saccul. exsind. alb. pro mens. vin. dos. m. & v. 3. l. 4. cochl. per 4.* aut plures septimanas. prodest etiam *decoct. absint. ex brod. carn. ess. absint. cons. absint. pont.* quæ multùm laudatur *à Matthiol. elix. prop. p. aq. cinam.* item elect. amar. Sydenhamb superbibendo vinum *infus. salv absint. cent. min. fl. genist. cochlear. &c. pulv. cachect. pilul. ex chalyb. cum succ. absint. corrall. elect. descript. in obstruct. hep.* vide etiam *cachex.* Notandum enim evacuatis aquis longo & assiduo remediorum calefacientium & roborantium usu opus esse, ut novus aquarum proventus præcaveatur præsertim in ætate provectioribus, aut minùs sano corporis habitu præditis, atque in hoc casu æger ampliùs haud purgandus, ne catharcticum id evertat, quod corroborans substruxit.

IX. Circa omnia medicamenta hactenus in hydrope dicta not. 1. ea, cùm morbus sit chronicus, longiori tempore usurpanda esse. 2. eadem subinde varianda, ne natura uni assuescat. 3. interdum à medicamentis cessandum, ùt vires labefactatæ iterum recolligantur. 4. ad fortiora veniendum si mitiora non profuerint. 5. In forma solida potiùs exhibenda quàm liquida.

X. Externa aquam evacuantia innuit ipsa natura, quæ nunc per spontaneam in umbilico abdominis tumidi apertionem, nunc per vesicas in cruribus excitatas, nunc foramine in pollice pedis sponte aperto successivè aquam evacuando hydro-

dropes curavit. ad hujus imitationem 1. inſtitui ſolet *paracentheſis* das anzapffen nunc veterum modo per lancettam & immiſſam cannulam, nunc RR. modo per acum argenteam perforatam emittendo aquam ſucceſſivè ad unc. aliquot. nam *ex Hip. 6. aph. 27. quicunque empyici ac hydropici aruntur aut ſecantur, ſi pus aut aqua univerſim effluxerint, omnino moriuntur.* operatio hæc, licèt in ſe tutiſſima, plerumque tamen fallit, & præſertim in 2. caſibus ut 1. nempe quando nimis tardè adhibetur corruptis jam viſceribus, quod ferè ſemper contingit, cùm hæc operatio debeat fieri in umbillico prominente ex copia ſeri, hinc viſcera non poſſunt eſſe non corrupta. 2. Si cum hydrope conjunctus ſcirrhus vel aliud incurabile viſceris vitium. locum igitur tantùm potiùs habet in aſcite, quæ brevi tempore ad inſignem magnitudinem pervenit, hydragoga non juvant & vires adhuc conſtant. 2. Subinde operatio fit in ſcroto, quod tamen æquè ſæpiùs parum auxilij: multum autem periculi. cavendum enim ubique, nè gangræna ſuperveniat, quod idem dicendum de crutum ſcarificationibus, quas aliqui ſvadent, ex humoris enim ſalſi affluxu non rarò inflammat. dolores graviſſimi & quandoque ipſa gangræna excitata fuit. inſtituendæ igitur circa loca carnoſa & ſuras leniter, & inciſionibus à ſe invicem diſtantibus, defenſiva ſupra & infra admovendo ac ſerum tranſudans linteolo molli citra frictionem abſtergendo vel appoſita ſpongiâ excipiendo & loca vicinâ fovendo vel vulnuſcula eluendo *ſp. vin. ſ.* vel *camph. theriac. crocat. &c.* veſicis ſponta-

taneis ſubinde in cruribus apertis & diſruptis applic. *fol. braſſ.* ad hujus imitationem quidam veſicatoria locis crurum carnoſis applicant nempe vel propè ſuras vel in parte carnoſa femorum. alij præferunt cauteria, ſed neque hæc tuta. *ex Hip.* enim *6. aph 8. aqua inter cutem laborantibus exorta in corpore ulcera haud facile ſanantur.* hinc alij cautiùs procedentes ijs tantùm utuntur in aſcite vera, ubi crura nondum ſunt tumida. ſaltem infra genu. ſic enim excitatis fonticulis Hartman. ab alijs incurabiles ſanatos vidit crurum & ventris tumores. alij etiam inſtituunt puncturas cum acubus, quibus accedit profundior unguinum abſciſſio. 11. Utendum etiam extrinſecis abdomini & ſcroto tumefacto applicandis, licèt pleraque ſint pro fuco, pluſque promittant, quàm præſtent. in leviori malo *herb. chelid. maj. aut geran. robert. contuſ.* plantis pedum alligatur *petroſel. rec. contuſ. & ſcrot. applic.* conduxiſſe obſervatum. optima ſunt *ſterc. animal.* ſic *ſterc. caprill. cum urin. prop. ſubact. & inſtar catapl. applicat.* valet. *River.* catapl. ſequens probatum habet ℞. *ſterc. bov. ſiccat. lib.* 1. *ſulph. viv. ſem. cumin. pulv. à unc. ij. cum urin. ſ. q. M. f. catapl. Thoner.* ſcroto applicat. catapl. *ex cochl. cum teſt. contuſ. aſperſo pulv. ſterc. cap. & ſem. carv.* alij catapl. parant. *ex pulv. bacc. laur. junip cum mell. except.* vel ℞. *fl. cham. mij. farin. fab. dr. vj. cochl. cum teſt. contuſ. unc. iv. ſterc. cap. dr. ij. pulv. ſem. cumin. unc. 1. coq. in ſ. q. aq l. aq. & acet. à. pro catapl.* prodeſt etiam catapl. ex *raph. contuſ.* l. ex fol. rut. & abſint. cum mell. ſubact. proſunt etiam foment.

cum

um aq. calc. viv. vel *foment. Hartm.* ℞. *urin. puer. ib. iv. lapid. prun. dr. iij. bull. alij sequente utuntur ixivio. R. herb. ment. orig. à. mij. fl. samb. melil. .piij. sem. carv. unc. 1. s. bacc. laur. unc. iij. sterc. ap. ad pond. omn coq. in lixiv. foveantur partes umidæ* hinc applic. *empl. de bacc. laur. de min. aracels. oxycroc.* convenit etiam inunct. partium umentium *cum sp. junip. & pauco ol. carv.* vel *um ol. buffon. scorp. junip. laur.* vel *ung. de arhanit. agripp. dialth. cum ol. scorp. s. aneth. cham &c.* cruribus ædematosis applicari potest *sp. vin. alid. sal in sartag. tost. aut. cin. vit.* vel *aren. sacul. indit. & cruribus calide circumligat.*

Dieta aër vergat ad calidum. vitetur nebulous, frig. mutatio aëris subinde profuit. victus sit x cibis boni succi. & facilis coctionis: assa præeruntur elixis. olera medicamentosa hîc utilia *x petrosel. asspar. tur. lupul. &c.* vitentur acida, alsa, viscida, flatulenta & inprimis dulcia. vietur potus largior præsertim frigidæ. abstinentiâ potu plures alleviati: sit saltèm parcior *ex vin. lb. ten.* vel *vin. ennul. aut absinthit.* in quo *rad. nnul. vincetox. & levist. infus. l. medicatum reditum per infus. raph. rust. fol. absint. cochl. salv. ent. min. sumit. genist.* vel *cerevis.* ejusmodi meicata vel ℞. *scob. lig. sasaph. rad. chin. à. unc. s. nam. opt. dr. ij. sem. anis. dr. 1. cc. præp. ocul. canc. p. à. dr. 1. s. M. f. pulv. gross.* de quo cochl. 1. llenum mens. aq. feru. injiciatur, ac operculo teatur l. ℞. *rad. chin. unc. 1. sasaph. sant. rub. citr. à. ic. s. rad. glych. sem. anis. fænic. à. dr. iij. passul. j. M. incis dentur ad chart.* de quibus *cochl. iij.*

coq. in lib. v. aq. ad consumpt. 3. Rueland. *propinat decoct. passul gr. junip. & rad. cich.* alij decoct. *rad. petrosel. bacc. junip. & sem. carv.* alij seq. ℞. *lap. prun. unc.* 1. *sacch. alb. unc. iv. M. f. pulv. subtiliss.* cujus cochl. dissolv. pro pot. aliàs abstinendum à liquoribus tenuibus & refrigerantibus quibuslibet licèt palato arideant, cùm aquis magìs obstetricentur. pno siti clamosa fallenda *gr. mast.* ore tenenda & sedulo masticanda. os eluatur *aq. sp. vitr. tinct.* vel *tamar.* in ore contineantur. prodest & *nit. purific.* in ore detent. vel potui indit. *sp. sal.* quoque potulentis instillatus egregius est. *Hartm.* commendat *succ.* vel *vin. gran.* somnus utilis, sollicitetur *per pediluv.* vitatis narcoticis, hæc enim ùt talia per se hydropicis ùtplurimùm sunt fatalia vires ulteriùs dejicientia & viscerum tonum labefactantia. motus pro posse imperetur. vitetur trist. curæ. ven. alvus sit lubrica &c.

Tympanitis.

NOm. *Tympanitis, hydrops siccus.* Wind-Wassersucht.

Defin. Est aucta abdominis magnitudo à flatu crasso admixto ordinariè plùs minùs fero in ejusdem capacitate concluso.

Gen. Morbus auctæ magnitudinis.

Subject. Cavitas abdominis: subinde simul etiam ventriculo, intestinis & tunicis mesenterij flatus inclusi sunt.

Caus. Vel materia cruda, crassa & viscosa à calore debili in flatus resoluta. vel humor melancho-

holicus, aduſtus, atrabilarius aut nitro-ſulfu-eus à calore exagitatus & quaſi accenſus, ut ele-etur in bullas, craſſóſque vapores vel depravata ilis, ſucci pancreatici vel melancholici cum ad-nixta pituita efferveſcentia coadjuvante pororum artium chylificantium anguſtia vaporibus & fla-bus tranſitum denegante. *Willis* pro cauſa aſſi-nat tenſionem abdominis & viſcerum membra-aceorum ſpaſmodicam ob ſpiritus animales ni-ia copia in illas fibras adactos ac in reditu im-editos.

Cauſ. diſpoſ. Diatheſis atrabilaris, hypochon-riaca, colica, hyſterica, aſthmatica &c.

Cauſ. extern. Inordinationes in 6. rebus non atural. mæror, evacuationes ſuppreſſæ, potus igidus poſt æſtum.

Sign. diagnoſt. Cutis abdominis inſtar pellis mpani extenſa eſt, percuſſáque ſonum ejus edit. mbilicus multùm prominet. major adeſt ventris flatio: minor autem gravitas, quàm in aſcite, xtrema etiam non ità tument nec veſtigium com-reſſionis ità manifeſtum poſt ſe relinquunt, ru-us & crepitus crebrò perrumpunt, borborygmi rugitus obmurmurant. nec talis ſentitur flu-uatio. ſubinde venter inſtar tympanitici intume-it à tumoribus ſcirrhoſis, ſtrumoſis, cancroſis, anduloſis ad molem notabilem pervenientibus, ii tamen initio à tympanitide dignoſcuntur, im tactu percipiuntur & circumſcribuntur.

Prognoſt. Inter omnes hydropis ſpecies peri-loſiſſima eſt tympanitis ob ſiccitatem quando-e hecticam ac plurium partium intemperiem

ha-

habitualem conjunctam. *Hip. 4. aph.* 11. ait: *quibus tormina ventris adsunt & lumborum dolor, qui neque medicamentis neque fomentis nec per alia remedia solvitur, in siccum hydropem firmatur.* notat enim flatus intra tunicas mesenterij existentes; quod antrorsum intestinis: posterius lumborum vertebris annectitur. in hydrope sicco stillicidium urinæ malum *ex Hip. in coac.* tympanites in corpore atrabilario lethalis. tympanites curatu difficillimus, quia initia ejus vix advertuntur, & subito acerescit veluti jam consummatus & deploratus.

Indicat. Sunt serositates una cum flatibus sensim evacuare, residuam flatuosam materiam cum fermento morbifico discutere & tandem viscera corroborare.

Curat. Desumenda ex inflat. stom. colica flatul. & hydrop.

I. Igitur materia morbifica evacuanda phlegma-hydragogis prævalentibus carminativis ùt v. g. *vin. absint. laxat. pilul. benedict. &c.* vid. *hydrop. inflat. stom.* clyst. carminat. maximè locum habent v. g. ℞. *herb. calamint. rut. puleg. fl. chamom. à. mj. sambuc. m. s. sem. anis. carv. cumin. anet. sesel. à. dr. ij. bacc. laur. unc. s. sumit. aneth. m. s. incis. & conquass. coq. ex s. q. aq. in col. unc. x. dissolv. vin. malv. unc. iij. el. de bacc. laur. unc. s. bened. lax. unc. 1. ol. rut. anet. l 7. flor. mins. à. unc. 1.* possunt etiam parari ex decoct. *colocynt. l. solo l admixtis carminativis l.* ℞. *aq. infus. sterc. mar. eq. cum fl. cham. lib. 1. mell. unc. ij. M.* ℞. *urin. san. lib. 1. sal. prun. dr. 1, thereb. venet. vitell. ov. dissol. unc. 1. s. M.* II.

II. Flatus discutientia & roborantia exhibenda
ess. carmin. ex vin. malv. tinct. cort. arant. sp.
nticol. sp. lig. guaj. ex aq. carminat. dorncreül.
nct. cass. lig. sasaph. aq. vit. juniper. aq. cinam.
tul. v. g. ℞. *spec. arom. ros. dianis. à. dr. 1. s. ol.*
nic. scr. s. sacch. in aq. fl. arant. sol. unc. iv. M. f.
nfect. in rot. pulv. ℞. *pulv. cort. flav. arant.*
r. iv. mac. scr. s. ol. dest. cit. gut. vij. M. f. pulv.
vid. in 2. p. æq. l. ℞. *cinam. acut. unc. s. ZZ.*
. ij. sem. cumin. piper. charyoph. galang. à. dr.
sacch. albiss. lib. s. M. f pulv. cujus cochl. dimid.
bearur ex jusculo calido jejuno ventre. prodest
oque eleosacch. carminat. ℞. *sacch. alb. unc.*
ol. nuc. mosch. rec. expr. dr. 1. chamom. scr. 1.
nic. anis. à. scr. s. cort. arant. gut. iij. thereb. gut.
. M. item pulv. carmin. & laxat. seq. ℞. *ca-*
n. arom. gentian. cumin. sil. mont. anis. carv.
neos. petrosel. spic. nard. ind. à. unc. 1. corrall.
b. p. p. dr. ij. Zz. alb. fol. senn. s. tart. à. dr. x.
beb. mac. à. unc. s. charyoph. unc. 1. s. M. f. pulv.
s. dr. 1. Electuar. ℞. *cons. rad. cich. unc. iij. ros.*
b. unc. ij. cordit. cort. arant. unc. 1. cit. unc. s.
c. arom. ros. dr. ij. diarrhod. dr. 1. conf. alk. dr.
s. sp cit. dr. 1. syr. de cort. arant. q. s. M. inte-
n cum in hoc affectu sæpe conjungatur visce-
m intemperies calida, quæ carminativorum ca-
iorum usu intendi solet, utendum quandoque
nùs calidis & epati succurendum per extrinse-

ca

ca calorem illius temperantia, unde etiam dicit *Mercat.* Calida cùm non juverint, transeundum ad frigida. hinc ex RR. *Carol della font* Professor Parisinus differt. *de tympanit.* refert à sequendam curatum V.S. ter iterata, clyst. emoll. & refrig. emuls. julep. frig. & Electuario absorbente, cùm oriatur subinde tympanites ex bile acriori & pinguiori cum succo pancreatico acidiore potenter & vitiosè effervescente cum sensu caloris & ardoris.

III. Inter extrinseca carminativa est cucurbitula cum multa flamma & sinè scarificat. abdomini per vices apposita. it. catapl. *de cinerib. minst. foment. Hartm. ex urin. puer. & lap prun. l.* ℞. *flor. sal. armon. unc.* 1. *chrystall. mineral. unc. ij. sp. vin. tenuioris multo phlegmate dilut. lib. ij. M. dissolv.* pannus lineus huic tepidè intinct. super totum abdom. applic. & subinde mutetur alij utuntur *sp. viu. theriac. camph.* alij *foment. ex decoct. ment. orig. sem. cumin. bacc. laur. juniper. in lixiv. & vin.* utile etiam *ung. carmin.* l. ℞. *ung. de arthan. unc. vj. ol. lumb. terrest. unc. iv. philos. dr. iij. M.* alij utuntur sola inunct. *cum ol. philos.* bis de die fact. ex empl. prodest *empl. de bacc. laur. diasapon. &c. empl. de min. cum sapon. ven. s. q.* ex catapl. illud desterc. *vaccin. cum sem. cumin. l.* ℞. *rad. cucum. asin. contus. & in acet squill. per 24. macerat. lib. ij. mell. despum. lib. ij. bull. ad consist. cerat. add. sem. cumin. pulv. unc. iv. M.*

Die-

ùt inunct. v.g. ℞. *ung. de alth. unc. s. ping. cunic. dr. ij. ol. amygd. d. scorp. à. dr. ij. petrol. alb. dr. i. l. sp. therebint. scr. s. M. l.* ℞. *und. ros. camph. alb. infrig. gal. de alth. à. unc. s. ol. scorp. s. unc. i. succ. cit. unc. i. s. M. addi l. substitui possunt ol. dest. succin. juniper. therebint. scorp. Matthiol. &c.* ℞. *fol. malv. pariet. à. mij. petrosel. cum rad. mj. rad. raph. dr. ij. coq. ad putril. contus. add. cep. sub cin. coct. N. ij. ol. amygd. amar. lil. alb. butyr. rec. à. unc. ij. M. l. fiat ex medull. pan. alb. cum lact. coct. &c.* catapl. huc spectant *fila ex lino recenti* facta & nondum lixiviata *in lact.* vel *cerevis. coct. & applic.* it. *aven. in sartag. tost.* empl. *de melil. malaxat. cum ol. cham. & petrol.* &c. sacculi post litum imponendi, quique frequentes in usu v. g. ℞. *rad. alth. unc. ij. fol. malv. pariet. à. mij. charefol. fl. cham. melil. à. mj. sumit. aneth. fol. laur. à. m. s. sem. lin. fænug. à. dr. vj. his impleantur 2. saccul. quadrat. in aq. l. lact. coq. & calidissimè alternatim applicandi l.* ℞. *herb. calamint. puleg. pariet. matricar. à. mij. fl. chamom. melil. à. mj. bacc. juniper. unc. ij. sem. lin. fænug. à. unc. i. incis. grosso modo dentur pro 2. saccul.* si his dolor non leniatur, in semicupium vel balneum demittendus æger, quò ùtplurimùm mitescit dolor saltem quàm diu æger in eodem residet: non tamen frequentius sit, nè ægri vires exsolvat. paratur vel ex sola aqua dulci l. incoct. *stramin. aven.*

ven. fl. cham. calend. vel *rap. conciſ. l.* emollien-
ibus & antinephriticis v. g. ℞. *rad. alth. unc. iij.*
erb. malv. alth. pariet à. mij. fl. cham. melil. aneth.
. mj. ſem. lin. fænug. à. unc. 1. M. S. ſpec. pro baln.
ui inſideat æger. ipſum magma decoct. l. applicando
enibus l. ſacculo includendo. l. ℞. *herb. veron. pa-*
iet. mercurial. malv. cum tot. ononid. à. mij. fl.
bam. miij. ſamb. mj. rad. alth. fænic. petroſel. à.
nc. 1. s. ſem. lin. unc. iij. fænug. unc. 1. bacc. juni-
er. unc. iij. M. ſi non remittat dolor, parùm ſe
noveat æger ambulando per cubiculum & iterum
ngrediatur. ſub egreſſu etiam balnei litus & clyſt.
ebro & diligenter continuandi.

III. Intus exhibenda lenientia, lubricantia ac
crimoniam ſeri temperantia ùt *ol. amygd. d. rec.*
xtr. vel per ſe vel *cum malv. aut brod. decoct. pe-*
roſel. cic. rub. cum ſucc. lim. &c. it. *juſcul. decoct.*
alv. alth. cic. rub. cum multo butyr vitell ov. &
nco ſal. decoct. fl. cham. ex cereviſ. item *ſyr. de*
th. Fernel. v.g. ℞. *decoct. Foreſt. unc. vj.* l. hujus
co *aq. ononid. petroſel. pariet. à. unc. ij. ſyr. de*
th. Fernel. unc. 1. s. ſp. ſal. q. ſ. pro grat. acid. lau-
tur etiam julep. ex *aq. frag. cum ſyr. viol. &*
vitriol. l. ℞. *ſucc. limon. vin. alb. à. unc. ij. ſacch.*
nd. unc. s. M. l. ℞. *aq. frag. ſaxifrag. à. unc ij.*
n. alb. generoſ. unc. vj. ol. amygd. d. unc. ij. ſp.
triol. dr. 1. M. pro 3. doſ. detur prima calidè,
antum ferre poteſt æger. poſt horas 6. 2da, etſi
iam hæc inefficax, quod teſte *River.* rarò con-
git detur tertia. huc etiam ſpectant *emulſiones*
ctu præſertim utiles v.g. ℞. *ſem. 4. frig. maj. à.*
ij. papav. violar. à. dr. 1. s. nucl. perſic. dr. vj.

decoct. hord. unc. vj. aq. petrosel. ltq. betul. dest. à. unc. 1. M. f. emuls. cui add. ocul. canc. p. p. dr. 1. sacch. cand. q. s. l. ℞. decoct. hord. lib. 1. s. aq. frag. lib. s. rosar. dr. vj. nucl. pin. rec. unc. 1. s. sem. melon. excort. unc. s. violar. dr. ij. M. f. emuls. edulcor. man. christ. perl. unc. 1. l. ℞. sem. violar. unc. s. milii sol. contus. dr. ij. cum s. q. aq. frag. f. emuls. dulc. sacch. &c.

IV. Dolore nimiùm sæviente vigilias diuturnas ac virium exsolutionem causante confugiendum etiam ad narcotica præsertim appropriatis mixta ùt v. g. *malvat. junip. cum ess. op.* vel *pulv. ocul. canc. cum cinab. & laud. op.* vel *emuls. amygd. sem. mel. mil. sol. viol. cum syr. papav.* vel *laud. op.* licèt autem multi narcoticorum usum improbent, si calculus jam è renibus motus, nihilominus tamen urgente nimiùm dolore etiam in hoc casu locum habere possunt, cùm per talia spasmus inhibeatur, fibræque laxentur, ut calculus faciliùs descendere possit naturâ etiam exinde per somnum recreatâ & roboratâ ejusdem exitum magìs adjuvante.

V. Post clysteres quandoque secatur V. brachij ad præcavendam inflammat. quæ à dolore perseverante excitari posset, hinc etiam pro derivatione vena malleoli, ex qua ùtplurimùm *teste River.* ægrotantes maximum levamen solent percipere, quámque etiam commendat. *Hip. in epid.* affectu ulteriùs procedente utilis quoque apertio hæmorrhoid. *teste eod. Hip. 6. aph. 11.* ubi ait. *melancholicis*

licis & nephriticis hæmorrhoides ſupervenientes bo-
no ſunt.

VI. Quia magna crudorum humorum ſaburra affectum hunc plerumque comitatur poſt aliquot clyſt. dolore perſeverante ſubinde repetendos purgans aliquot exhibendum, ſed dolore aliquantulum ceſſante, cùm eodem urgente etiam vehemens purgans quandoque non operetur ob omnes partes ſe ſe contrahentes, dari poteſt vel *caſſ. rec. extr. ad unc. 1. diſſol. in decoct. prun. l. in bol. ℞. caſſ. rec. extr. unc. 1. diaphæn. dr. iij rhab. pulv. dr. s. cum pulv. glych. M.f. bol. l. ℞. caſſ. rec. extr. dr. vj. thereb. unc. s pulv. glych. dr. ij. M. l. ℞. mann. el. unc. 1. 1. s. diſſolv. in ſ. q. brod. gallin. decoct. cic. rub. add. ol. amygd. d. unc. s. M. l. c. mann. el. unc. 1. s. diſſolv. in ſ. q. aq. malv. add. lect. lenit. dr. vj. ſyr. roſ. ſol. unc. 1. M.* Laxantia hæc eo magis conveniunt, quia Nephritici alvo ſtricta ſe deteriùs habent, & purgantia ſunt ſimul optima diuretica. ſi ad vomitum ægri proni, mentur in forma bol. l. pilul. doloribus urgentibus vomitus magis convenire poterit ex aq. tepid. um ol. & ſyr. aceroſ.

VII. Tandem ſi prædictis dolor non ſedetur, ut calculus adhuc hæreat, ad diuretica & lirhontriptica tranſeundum exhibendo ea ſub introitu balnei, ſicuti etiam blandus motus corporis deper inſtitutus calculi deſcenſum ex renibus magis promovet: imò ſi jam actu in via ſit, *cucurb.* &c. juxta ductum ureterum applicatæ & versùs inguina tractæ calculum ſubinde transferunt & dolores leniunt. operantur lithontriptica vel aci-

dum abſorbente vel vi diureticâ renes & loca urinaria abſtergendo vel fermentum renale vi balſamicâ conſervando, vel in coagulum calculi ſe inſinuando, ejus gluten incidendo, internum illud lapideſcentiæ principium enervando, vim coagulativam deſtruendo, & calculum ipſum in arenulas reſolvendo. talia ſunt *ſaxif. rub. tinct. bardan. ononid. ejúſque decoct.* vel *eſſ. raſ. raphan. acerr. ad unc. ij. in vin. alb. unc. ij. per aliquot horas macerat. hinc fortiter expreſſ. & colat.* it. *rad. armorac. vin. infuſ.* it. *parietar.* v. g. ℞. *ſucc. pariet. unc. ij. vin. alb. unc.* 1. *ſucc lim. unc. ſ. ol. amygd. d. unc.* 1. *ſ. M. pro hauſt. veron. ejúſque decoct. cum bacc. juniper. inſtar Theè ſumpta* optima. item *heder. terreſt. & præcipuè ejus infuſ.* ℞. *heder. terreſt. mj. caput alij N.* 1. *l. ij. decerpt. in fruſt. affund. ſp. vin. unc. xij. ſtent per dies aliquot benè clauſ. doſ. cochl.* 1. *fingulis novilun.* laudantur etiam *dentes 6. l 8. allior. in ſp. juniper. macerat. & ipſo die novilun. oomeſt.* magna etiam vis eſt in *ſem. frax.* laudantur quoque *fl. geniſt. ſem. mil. ſol. farin. lycopod. virg. aur. ſem. dauc. cret. l. vulg. quo Angli plurima præſtant.* laudatur & *ſem. hyperic. quod intra digitos contritum therebint. ſpirat.* quàm maximè prodeſt *juniper.* & quidem l. gran. ejus manè commeſta l. rob. aut ſpirit. item infuſ. lig. nephrit. aq. deſtill. *perſicar. ſabin. ex cepis vid.* River. *ex oxyacanth. aq. antinephrit. ſorb. Hartm. quercetan. fuggeror. duc. Lotharing.* aliæque innumeræ. proſunt & ſal. ùt *ſal. geniſt ſtipit. fab. ononid. fim. columb. prunell.* item *lap. judaic. lync. ſpong. nephrit. item ocul. canc. eorumque magiſteſt.*

teſt. ov. calcin. & præſertim ſtruthion. ſang. hirc. p.p. aq. ex ſanguine ejus deſtill. urina ejus calidè epot. pulv. Milleped. p.p. vel infuſ. eorum in vin. alb. cum expreſſ. item vin. alkekeng. ſp. ſal. therebint. tinct. tart. ſuccin. p.p. ejuſq; ol. ac ſal. vol. mag. tart. vitriol. eryng. cynosbat. &c.

Ex compoſitis ſeq. probata ùt decoct. Thiermayr. v. g. ℞. ſem. malv. alth. à. dr. iij. cic. rub. unc. iij. 4. fr. maj. à. dr. ij. hord. mund. unc. ij. caric. ping. N. viij. ſebeſt. N. vij. rad. liq. dr. vj. incluſ. nodul. ex ſeric. alb. coq. in aq. font. lib. iv. s. ad caſ. 3. p. col. doſ. unc. v. m. à. meridiè, & ante decubitum. ſubinde uni hauſtui addi poſſunt ſp. ſal. cut. vj. l. vij. eſt idem ac decoct. Foreſt. niſi quod in hoc ſimul add. rad. onon. fænic-petroſel. à. ad unc. s. vin. medicat. ℞. gr. alkek. unc. 1. juniper. port. tamaeiſc. à. unc. s. l. rad. eryng. ononid. in ind. lig. inf. in vin. alb. lib. ij doſ. unc. v. præmiſſo juſcul. decoct. malv. petroſel. cic. rub. cum butyr. & modico ſal. mixtur & potion. ℞. ſucc. expreſſ. è cortic. raph. acut. ſucc. lim. vin. malv. unc. ij. ſacch. alb. unc. 1. ſubinde & additur v. fragor. ℞. refin. thereb. cyp. unc. s. diſſolv. cum vitell. ov. ſ. q. add. ſyr. de alth. Fernel. unc. vin. malv. unc. vj. M. doſ. unc. 1. s. ℞. aq. ononid. ſaxifrag. petroſel. à. unc. 1. ſp. juniper. dr. ij. mul. canc. p.p. ſcr. 1. ball. ſulph. thereb. ſcr. 1. ſyr.

de alth. Fernel. unc. s. M. detur cochl. cum gut. xv. seq. bals. ℞. sp. sal. tart. bals. sulph. thereb. à. scr. ij. sal. vol. succin. gr. vj. M. pulveres quoque ex dictis componi possunt uti est pulv. Thoner. ℞. ocul. canc. p.p. dr. 1. sem. mil. sol. l. succin. alb. p.p. dr. s. tart. vitriol. gr. xv. M. f. pulv. divid. ad 3. dos. sumend. ex aq. onon. petrosel. malv. à. unc. iij. sp. sal. gut. xviij. l. seq. Timæ. ℞. sang. hirc. p.p. scr. ij. myrrh. el. scr. 1. jur. cic. rub. unc. iv. succ. limon. unc. 1. M. l. Ludovic. ex ocul. canc. cinnab. nat. & laud. op. l. Wedel. ℞. sperm. cet. lap. canc. à. dr. s. cinnab. antim. scr. 1. sal. vol. succin. gr. iv. laud. op. gr. dimid troch. de alkek. cum op. scr. s. M. f. pulv. pro 4. dos. l. ℞. chryst. tart. dr. ij. mag. ocul. canc. sal. onon. à. scr. ij. M. l. ℞. spec. lithontript. august. dr. ij. tart. vitriol. scr. ij. mag. lap. judaic. dr. s. asell. p.p. scr. ij. M. Electuar. paratur ex dict. pulv. cum cons. eryng. & cass. ac. syr. de limon. l. ℞. pulv. sem. hyper. Iulio. l. autumno collect. & exsicc. unc. ij. cons. ros. l. viol. lib. ij. M. dos. unc. s. laudantur etiam pilul. ex thereb. in aq. malv. lot. & coct. cum ocul. canc. sem. dauc. farin. lycopod. l. seq. ℞. mag. ocul. canc. dr. 1. sang. hirc. p.p. scr. ij. sal. vol. succin. gr. xxv. sal. onon. scr. 1. thereb. cyp. aq. malv. lot. & coct. q. s. M. f. pilul.

VIII. Prophylaxin instituendo 1. præmisso clyst. vel lenitiv. vere & autumno V. secando præsertim si adsit plethora vel calida epatis & renum intem-

pe-

peries. 2. Purgationem inſtituendo *per caſſ. & rhab.* vel pilul. *ex thereb. cum rhab.* vel *nodul. lax.* ſi cacochymia magis urgeat. vomitus quoque prodeſt vere vel autumno excitatus, cùm calculi ferè ſemper radicaliter oriantur ex ſtomacho. 3. Uſurpando diuretica temperatiora non tamen adeò frequenter, ſed ſemel vel bis in menſe, cùm ſæpiùs malum augeant vel cruditates ad renes devehendo, vel renes magis intemperatos reddendo, vel pituitam caculum involventem abſtergendo, eúmque ſic exaſperando, vel eum majorem in ureteres cum periculo deturbando. therebinthinata cæteris præſtantiora ſunt, quod urina violaceum exinde ſpirans odorem probat, præſertim etiam cùm alvum ſimul laxent, humoréſque craſſos evacuent. 4. Maximè convenientia pro præſervatione ſunt: *ſucc. betul. per martium ſumpt.* it. *ſer. lact. per menſ. integ.* tempore verno aſſumpt. *acidulæ*, quæ maximum nephriticorum ſolamen. it. *baln. aq. dulc. tep.* egregiè etiam à calculo præſervare dicitur quotidianus uſus *herb. Theè* & præſertim juxta aliquos, ſi cum lacte bibatur. potus *Caffè* quoque: cùm quodvis acidum & auſterum egregiè corrigat, parem quoque inter prophylactica tenet locum. his autem omnibus neceſſariò jungenda debita.

Diæta, in qua aër ſit temperat- ad calid. inclinans, cibi boni ſucci, facilis coctionis ùt *carnes teneræ, piſc. ſaxat. ov. ſorbil. crem. hord. juſcul. alterat. acetoſ. chærefol. malv. cum ſucc. lim.* vel *cic. ſub.* conveniunt quoque *petroſ. aſpar. germin. lupul. ſpinach. raphan. &c.* vitentur *caſeus*, *lacticin.*

legum. fruct. hor. præsertim immatur, *fung. tubera, ostreæ. caro suill.* it. *usus carn. & piscium infumat.* vel *muria macerat. caulium, aromat. & nimis salsorum.* pro potu sit *vin. alb. ten.* vel *dilut. infus. lig nephrit. & succ. lim.* vel *decoct. bacc. junip. & veron.* vel *Theè* vel *cervis. cum succ. betul. decoct.* vitentur vina horna. indefæcata, dulcia, austera, nigra, crassa cervis. cras. fæcul. abstineat. æger à motu violento præsertim equitat. multa & vectura per currum succussorium, it. à venere immodica & decubitu supino, exercitia moderata ante pastum utilia, alvus fit lubrica.

Calculus Vesicæ.

NOm. *Calculus Vesicæ, lithiasis, duelech.* Blasen-Stein.

Defin. Est substantia plùs minùs dura ac solida in Vesica genita ex succo crasso lapidescente à facultate petrifica vel potiùs ab acido peregrino austero hamato sal urinæ volat. cum materia fæculenta, tartarea & terrestri in calculum cogente.

Gen. Juxta alios morbus in numero vel via: juxta alios symptoma in excretis: juxta plures est potiùs causa morbifica.

Subject. Vesica urinaria.

Differ. Alius est, qui quo ad matricem, rudimentum, ac nucleum, suum ex renibus in vesicam descendit, ibique successivè corticatim vel conglomeratim augetur & crescit, atque hic est frequentior: alius qui primariâ locali generatione concrescit in vesica ex ipsa lotij in eadem stagnan-

gnantis fæce, atque hic in pueris magis observabilis, in quibus extrahuntur calculi nucleos habentes à reliquo integumento non diversos sinè prægressis doloribus nephriticis : alius est folliculo suo s. pelliculâ aut pituitâ involutus : alius non : alius ipsi vesicæ adnatus & quasi ex illa propendens: alius oberrans & libere natans, de reliquo sicuti calculus renalis ferè semper magis scaber, inæqualis, ruffus & friabilis, ità vesicalis econtra durior, lævior, plerumque albidus & more lentium rotundus.

Caus. immediat. Calculi dicta in cap. anteced. ità & externa.

Caus. dispos. Sexus virilis, cùm fœminæ rarius laborent calculo vesicæ ob breviorem & ampliorem urethram, per quam paulatina & prompta fit evacuatio, ætas puerilis, sicuti enim senes calculo renum magis obnoxij sunt ob angustiam & siccitatem renum eorúmque expultricem debilem: ità pueri magis laborant calculo vesicæ tum ob crassitiem urinarum ex ingluvie, tum ob moram cibus in vesica ob ludicra & somnum ; minorem etiam ejus stimulum ob minorem acrimoniam, tum ob exiguum urinæ canaliculum.

Sig. diagnost. Dolor colli vesicæ, qui circa finem mictionis exasperatur & ad glandis extremum exporrigitur. pruritus pudendi cum frequenti ejus erectione citra venerem adeo ut calculosi urinam reddituri illud digitis fricent, trahant ac mulgant, ut infantes illud longius reddant. galen. hoc potissimum signum est cum urina aquosa & insigni ejus interceptione præterea

pondus ac gravitas in perinæo, ſi calculus ſit gandior, urinæ ſtillicidium ac micturitio frequens, ſumma mingendi difficultas cum conatu parturientium modo, urina quandoque ſubitò inter mingendum ſuppreſſa ac facilior exitus reſupinato corpore, adeſt teneſmus ano in conſenſum tracto adeò ut ſæpiùs procidentiam patiatur *Helidæo teſte* calculi veſicæ certiſſima nota eſt, ſi præter urinæ difficultatem etiam adſit, deſiderium excernendi fæces, & ſi, dum aliquam paleam aut ſimile quid humo tollere conantes ſe inclinent, in parte veſicæ ſentiant punctionem: adeſt inſuper inquietudo, ut crebrò moveantur & crura alternatim exagitent, & ſi major eſt calculus vix recti ſtare, equitare vel ambulare per loca ſalebroſa poſſunt, ab opiatis aſſumptis meliùs habent verùm ſæpiùs exaſperatio fit à medicamentis vel novam materiam eò ducentibus vel pituitam ob volventem abſtergentibus, fuit prægreſſus dolor Nephriticus ſinè excretione calculi, urina vel tenuis & lympida eſt ſi calculus non ſit aſper: ſecus & præſertim in malo diuturno alba, craſſa, turbida & quaſi purulenta ſed non fætida, ut ab ulcere veſicæ vel renum diſtinguatur cum ſedimento mucoſo, ſpiſſo, mucilaginoſo fundo vitri tenaciter adhæreſcente oriundo ex læſione tunicæ nervoſæ proprium alimentum ſub forma hujus mucilaginis plorante & dehoc ſedimento intelligendus *Hip. 4. aph. 79.* dum ait: *quibus in urina ſubſident ſabuloſa* (hoc eſt mucoſitas cum ſabulo craſſo mixta) *his veſica calculo laborat.* Præterea præſentia calculi obſervatur ſaltu vehementiori, ubi

ubi motum ejus in veſica percipiunt ægri, modo non ſit adnatus, ac veluti in capſula reconditus, quo in caſu omnia ſymptomata ſunt obſcuriora, ità ut aliqui viſi ſint, qui nullo dolore eum geſtarunt. it. facilè exploratur ab experto digito in anum immiſſo, aut immiſſo in veſicam cathetère vel candela cereâ, qui tamen explorandi modus etiam fallit, ubi calculus pituitâ vel corpore quodam lubrico eſt involutus.

Prognoſt. Calculus veſicæ firmiter eidem inhærens l. folliculo incluſus incurabilis eſt. *Hip. in coæc.* vult, lapidem in veſica non generari à 14. uſque ad 60. nisi priùs exſtiterit. lapis veſicæ, ſi confirmatus jam ſit & ad aliquam magnitudinem pervenerit, vix aliâ ratione curari poteſt, quàm ſectione per lithotomum Stein-Schneider / licèt neque hæc periculo careat ob facilè ſupervenientem inflammat. l. hæmorrhagiam vel convulſionem vel fiſtulam tædioſam cauſantem vitam, lapidis comminutio & diſſolutio eſt ſummè difficilis, non tamen impoſſibilis præſertim ſi magis ſit tophaceæ, quàm ſiliceæ naturæ: ratio prioris eſt, quia ad ejuſmodi remedium requiritur 1. Ut ſit aptum in urinam mutari, ut ſcil: locum affectum tangat. 2. Ut habeat in ſe poteſtatem ſolvendi repagula calculi, ſit nempe nec acidum nec alcalinum, ſed compoſitum ex utroque, cùm calculus ſit concretum terreo ſalſum ex volatilibus principijs firmiſſimo nexu junctis oriundum. 3. Longo tranſitu ad veſicam vi ſuâ lithontripticâ non infringatur. 4. Poſſideat hanc vim in proprietate ſpecifica, ſitque amicum naturæ, adeoque

que non corrosivum, ut citra noxam propinari vel per syringam injici possit. 5. Sit subtile, ut quaquaversum distribui possit. ratio posterioris est tum facta sæpiùs experientia. tum quia non opus est menstruo corrosivo, cùm etiam dentur plùs minùs insipida, sed appropriato tantùm & proportionato poris corporis solvendi & texturam ejus penetrandi: sic *persicariâ, dauco, asell. &c.* dissoluti calculi gustu id non judicante. cum autem prædictæ conditiones simul junctæ repertu difficiles, ac rara & pauciſſima sint ejusmodi lithontriptica, dissolutio calculi quoque rara & difficilis. lithontripticis igitur fidere est Medici inexperti: pro sectione divina potiùs inspiratio, quàm Medici consilium requiritur. Hipp. Medicis consilium dare prohibet. Avenzoar vetat Medici præsentiam. nihilominus tamen subinde melius est dubia cum spe periculosum quid tentare, quàm ægrũ perpetuo & diuturno cruciatui ac certæ morti relinquere. ni enim adhibeatur sectio l. urinæ suppressione intereunt, l. doloribus, febriculis, ulceribus & colliquationibus contabescere solent. senes debiles post 60. & pueri infirmiores ante 9. non secandi. Zecchius in calculo nimis magno l. ægro sene imbecilli, sinè extractione calculi minùs facit vulnus per quod tollit tum periculum suppressionis urinæ tum intolerabilem illum cruciatum in urina reddenda sicque mortem saltem præcavet necessario aliàs secuturam vulnus apertum servatur tubulo argenteo perforato.

Indicat. Sunt calculum comminuere vel excindere.

Curat.

Curat. Extrinsecùs fit omnibus ijs, quæ in calculo renum usurpati solent, diutiùs tamen continuatis ùt 1. clyst. emoll. anod. & lithontript. &c. 2. Purgatione leni septimanatim instituenda *ex cass. thereb. &c.* 3. baln. vel semicup. 4. inunct. perinæi, pettinis & scroti *ex ping. hirc. cum ol. scorp. & ol. dest. succin.* vel *ex ol. amygd. am. scorp. hyper. nucl. persic. ping. cunic. gall. succ. raph.* vel *pariet &c.* vel applicat. catapl. *ex farin. sem. lin. fænug. cum sang. hirc.* vel *ex pariet. & cep. alb. in vin. coct. add. ol. scorp. &c.* 5. injectionibus per syring. *ex sterc. columb. calcinat. cum decoct.* vel *aq. pariet. solut.* vel juxta Timæ. ℞. *rad. rub. tinct. ononid. liq. à. dr. vj. herb. sax. frag. pariet. malv. cum tot. à. mj. sem. asparag. milfol. urtic. à. dr. iij. incis. coq ex aq. s. q. de col.* ℞. *lib. 1. s. add. succ. lim. raph. à. unc. ij. ol. scorp. amygd. amar. à. unc. 1. M.* 6. Lithontripticis hactenus usu probatis ut *aq. persicar.* quæ ab Anglis multùm laudatur *aq. ex cep. dest. urin. hirc. à poter.* laudatur *herniar. ac beton. in brod. carn. coct. ac continuò bibita. ab. Horst. decoct. malv. cum butyr. & mell.* ab alijs *passer troglotides exenterat. bacc. junip. refert. & coctus.* præ reliquis famosus est *liq. sal. tart. laurenberg. tart. solubilis &. balsf. zamech. paracelsi.* it. *asell. pp. cum decoct. ric. rub. & sp. junip.* v. g. *asell. p.p. à. dr. s. ad scr. v. sp. juniper. à. dr. s. ad. 1. s. jur. cic. rub. unc. vj. &. x.* it. *sang. hirc.* per aliquot tempus herbis lithontripticis nutriti, *aq. ex sang. hirc. dest. pulv. corp. sal. fim. columb. cum sal. prunell. lud. human. sp. mag. succin. ess. ononid. sp. sal. thereb. fragor.*

&c.

&c. circa Medicamenta fortiora lithontriptica Not. 1. Ea exhiberi debere singulis diebus m. 2. Præmittendum clyst. emoll. & refrig. 3. Subinde horum usum sequi febrem, calorem, sitim, dolores circa pubem &c. hinc succurrendum diæta convenienti & abstinentia à vino exhibendo julep. ex aq. frag. cum syr. viol. & sp. vitriol. 4. Primis diebus urinam progredi crassam & exiguam, sequentibus. 5. Copiosiorem hinc calorem remittere, dolores sisti & universam substantiam calculi comminutam in minimas partes progredi. 6. Interdum diem unum l. alterum quieti dandum esse. 7. Ante litothomiam corpus priùs per V. S. & purgat. decenter disponendum. si æger tandem operationi chyrurgicæ se subjicere nolit & lithontripticis, ut ferè semper fit, nihil efficiatur, cura palliativa instituenda per contemperantia, epicerastica & anodina. sic clyst. *ex lact bub. cuus dr.* 1. *philon. Rom.* ad 2. l. 3. horas retentus vesicæ sensum stupefacit, ut tota nocte non sentiatur dolor. sic intus exhiberi potest *ol. amygd. d. rec. expr. cum pauco succ. limon ex brod. decoct. malv.* item *aq. ser. lact. destill. cum syr. de alth. fernel. l. emuls. sem. melon. cum dicta aq. l. decoct. Forest. cum troch. de alkek.* subinde etiam exhiberi potest *laud. opiat.* fieri etiam possunt inject. in vesicam ex *lact. l. decoct. malv. l. emuls. sem. papav. cum aq. solan. extrinsecus semicup. l.* fomentat. *cum magna spongia imbut. decoct. malv. violar. rad. alth. liq. fænug. hord. capit. papav. alb.* &c. seq. inunct. cum ung. malvin. ros. popul. cum ol. viol. nymph. ol. hyosciam. &c.

Diæta ut in nephritide.

In-

Inflammatio Renum, & Vesicæ.

NOm. *Inflammatio Renum & Vesicæ*, Entzündung der Nieren und Blasen.

Defin. Est partium harum ex sanguine in propriam eorum substantiam effuso, stagnante ac putrescente intumescentia.

Gen. & Subject. Morbus auctæ magnitudinis cum intemperie calida in renibus vel vesica.

Caus. immediat. Dicta in definit.

Caus. extern. In renibus inflammat. nimius corporis succussus per salt. equitat. vect. duram &c. usus vehementium diureticorum, potulenta fortia, lapsus, contusio, præcipuè autem calculus magnus, cui frequenter supervenit vesicæ inflammatio raro ab interna: ùtplurimùm autem ab externa fit causa ut contus. vel ictu violento, diuturna urinæ retentione, litothomia, cui 4to sæpè die supervenit sequente gangrænâ & morte.

Sig. diagnost. In renibus adest calor & dolor gravativus, quandoque pulsatorius, si inflammat. it in circumferentia, ubi arteriæ terminantur, extendens se tum ad ductum ureterum tum surum costas nothas versùs, ut ægri nec se erigere, nec commodè incedere possint, adest febris continua vehemens, stupor cruris, mictio ardens & frequens, urina pauca, flammea, subinde & vomitus bilis. distinguitur à calculo febre synochâ, dolorèque magìs continuo pulsanti simili. in vesicæ inflammat. adest ejus vehemens dolor, ardor, tensio, durities, urinæ reddendæ impotentia cum

sum-

summo conatu, teneſmo quoque & interdum alvi ſuppreſſione, febre it. continua, vigilijs. delirijs &c.

Prognoſt. Inflammat. renum lieèt rarior ob ſolidam & denſam eorum ſubſtantiam, tum ob urinam tranſeuntem, putredinem & corruptionem impedientem, pericnloſa tamen eſt ſicuti omnes internæ inflammat. quæ magìs lethales. ſi ijs delirium, convulſio aut alia gravia ſymptomata ſuccedant, ſi adſint ſudores frigidi, & frigus extremor. mors in propinquo eſt. hæmorrhoides nephriticis ſupervenientes bono ſunt. lethale eſt, ſi reddatur urina alba, tenuis ac purulenta abſque febris & ſymptomatum remiſſione cum crurum ac femorum extenuatione. inflammat. veſicæ plerumque lethalis 4tâ vel ſi circa collum ejus ſit 7. timâ. interdum ſuppuratur & excitatur ulcus curatu difficillimum. factâ ſuppuratione rumpitur nunc intra veſicam pure cum urina effluente: nunc extra in cavum abdominis cum abſceſſu ſubinde in inguinibus.

Indicat. Ut in alijs inflammat.

Curat. fit I. Adminiſtrando quantocyus V.S. ex brach. hinc pro derivatione ex pede: utilis etiam apertio hæmorrhoid. præſertim ſi ſint tumidæ & prominentes.

II. Purgantia nocent, nisì in declinatione morbi, optimè tamen conveniunt clyſmata lactea & therebinthinata, vel parat. ſeq. modo ℞. *rad. alth. unc. 1. fol. malv. violar. lactuc. à. mj. prun. dulc. p. iv. hord. mund. fl. viol. à. pj. f. decoct. ad unc. x. in*

col.

col. dissolv. cass. l. diaprun. s. unc. 1. ol. viol. unc. 1. s. vitell. ov. N. ij. M.

III. Dentur intrinsecùs alterantia præsertim nitrata ùt *decoct. hord. cum nit. depur. lap. prunell. in aq. sol. & sach. dulcorat. fl. nit. minsi. cum tart. vitr. sach. sat. tinct. ros. viol. fl. bellid. syr. de nymph. de portul. succ. canc. fluv. ex juscul.* emuls. v. g. ℞. *amygd. d. excort. unc. 1. sem. melon. excort. unc. s. papav. alb. dr. iij. ser. lact. capr. l. aq. hord. lib. 1. s. f. emuls. dissolv. syr. viol. unc. 1. M. f. emuls. pro 3. dos.* vitando alia diuretica, quæ stimulando urinæ fluxum inflammat. irritant.

IV. Extrinsecùs conveniunt *camph. in ol. ros.* vel *papav. dis. ung. ex succ. semperviv. canc. fluv. cum ol. ros. bullit. ad evaporat. humiditatis ac in mort. plumb.* agitat. it. *ung. ros. infrig. gal. cerat. sant. cum sach. sat. & camph. &c. sach. sat. aq. ros. sol. & cum linteis 2plicat. applicat.* in vesicæ inflammat. refrigerantibus non diu immorandum, sed ad emollientia, lenientia & chalastica veniendum ùt inunct. v. g. ℞. *ol. anet. chamom. à unc. 1. amygd. d. unc. 1. s. butyr. rec. sping. porc. à. unc. iij. M. posset etiam addi mucilag. sem. cyd. psyl. aq. malv. extr. à. unc. 1.* pro dolore leniendo præstantissimum est catapl. *de mic. pan. ℞. medull. pan. albiss. lib. 1. coq. in lact. caprin. ad consist. catapl. add. vitell. ov. N. iij. ol. ros. unc. iv. croc. scr. s. M.*

V. Si inflammatio discuti nequeat, suppuratio promovenda intus per temperata ùt *decoct. hord. glych. malv. pariet. &c.* externè per catapl. *ex moll. in lact. coct.* tumor in renibus foràs prodiens, ac musculos dorsi simul afficiens aperiendus. pu-

ri in cavitatem abdominis erumpenti vel mors repentina vel febris hectica succedit. si pus per urinam prodeat, abstergendum, & ulcus consolidandum.

Diæta sit tenuis *ex crem. hord. aven. panatell. juscul. alterat. endiv. lact. portul &c. prun.* potus decoct. *hord. & liq.* vel emuls. *melon. &c.*

Ulcus Renum, Vesicæ & meatûs urinarij.

NOm. *Ulcus Renum, Vesicæ & meatûs urinarij,* Erschwerung der Niern und Blasen / wie auch das Nörl-Geschwer ꝛc.

Defin. Est partium harum exulceratio facta à materia acri erodente.

Gen. Est morbus solutæ unitatis cum diminuta magnitudine.

Subject. Renes, vesica & meatus urinarius.

Differ. Aliud est *levius* s. potiùs principium ulceris, quod in vesica *scabies vesicæ* dicitur: aliud *perfectum*: aliud *consummatum.*

Caus. intern. Vel profluentis urinæ acrimonia, vel pus aut sanies acrior aliunde affluens ùt in lue vener. ex suppressa gonorrhæa, vel in meatu urinario ex semine acri & virulento, vel oritur ab abscessu rupto in inflammat. vel omnium frequentissimè à sabulo acutim angulato vel calculis asperioribus attritu suo renes conterentibus, comminuentibus, exedentibus, & successivè ad exulcerationem disponentibus.

Caus. extern. Sunt ictus, lapsus, cantharides &c.

Sig.

Sig. diagnoſt. Vlcus in renibus infeſtat dolore in lumbis rodente & plùs minùs ſimul gravante, urina purulenta libere profluente. *ex Hip.* enim *4. aph. 75. ſi quis ſanguinem aut pus mejat, renum aut veſicæ exulceratio ſignificatur.* pus hoc melius eſt coctum, album, læve, copioſius ac urinæ magis permixtum, lactis inſtar excretum, minùs etiam fætidum, quàm ſi proveniat à veſica, plerumque urina alba editur, ac pus in ea aliquot horis interpoſitis inſtar albi ſedimenti ſubſidiſſe conſpicitur. ulcus in veſica infeſtat cum dolore in pectine & pube cum urina purulenta, & ſquammoſa prout ait *Hip. 4. aph. 81. ſi quis ſanguinem aut pus mejat aut ſquammulas, graviſque odor adſit, veſicæ exulceratio ſignificatur.* ſi veſica incipit exulcerari, primò ſanguis exit, ſi ſit perfecta, pus, ſin adhuc magis, ſquammæ & ramenta: ſi conſumata, gravis fætor in urina eſt. præterea in ulcere veſicæ difficultas etiam eſt in mingendo, ſæpè & teneſmus ac membri erectio, pus paucum eſt, nec multum urinæ permixtum, neque adeo coctum, ſed magis crudum, variegatum & graveolens, ulcus in collo veſicæ aut meatu urinario infeſtat cum dolore ingenti & dyſuria inter mendum plùs perceptibili, pure ante urinam & etiam ſinè ea excreto cum pene tenſo & tumido.

Prognoſt. Vlcera renum ſunt difficulter ſanabilia & ſatis periculoſa, ſæpiùs etiam in tabem deſinentia. ulcus ab inflammat. ſuppurata exorum curatu facilius eſt: ſecus, quod ab eroſione vel à calculo in renibus, quod non rarò in totius vitæ conſumptionem degenerat. ulcera hæc, quò

magis inveterata, eò difficiliùs curabilia. veſicæ ulcera ùtplurimùm incurabilia: periculoſiora, quæ ex eroſione; graviſſima, quæ ex magno calculo, ſinè cujus extractione non curantur.

Indicat. Sunt humorum affluxum divertere, ulcus abſtergere, mundificare & tandem conſolidare.

Curat. fit I. Adminiſtrando univerſalia ùt V. S. in plethora vel comite inflammatione, purgationem ſæpiùs repetendo *ex mann. caſſ. thereb. rhab. ſenn. ſyr. roſ. ſol. &c. Hartm.* commendat *mercur. d.* plures etiam commendant vomitum præſertim in ijs, qui facilè vomunt.

II. Utendo detergentibus, inter quæ excellunt *hydromel.* copiosè manè potum, vel *ſer. lact.* aut etiam *lac. aſin.* ſi febris abſit. it. *decoct. hord cum glych. & ſach. thereb.* quoque optima præſertim in ulcere ex abſceſſu exhibita bis in die magnitud. nuc. avellan. l. ſeq. elect. ℞. *thereb. venet. crud. unc. i. caſſ. rec. extr. unc. i. s pulv. liq. dr. iij. ocul. canc. crud. dr. ij. ſal. prun. dr. i. mercur. dulc. dr. s. balſ. ſulph. gut. xxvj. ſyr. de alth. Fernel. q. ſ.* detur 4. de die magnit. nuc. moſch. *ſuper-bibendo largiorem hauſtum ſeq. decoct.* ℞. *rad. alth. conſolid. m. lil. alb. à. unc.* I. *s. glych. raſ. unc.* I. *herb. bugul. rec. m. iij. agrim. veron. ſanic. à. mj. capit. papav. cum ſem. unc. s. coq. in ſ. q. aq. ad lib. iv.* prodeſt etiam quottidie ad gut. vj. l. vij. ſumptus *balſ. ſulph. thereb. l. ſuccinat. l. balſ. copaibe.* alij laudant ſeq. decoct. ℞. *rad. ſalſapar. unc. iij. raſ. lig. lentiſc. unc. ij. ſaſaph. unc. i. raſ. ebor. cc. à. dr. vj. jujub. ſebeſt. à. unc. s. lig. nephrit. unc. iv.*

hord.

hord. mund. unc. ij. inf. per hor. 12. *in aq. font. lib. v. coq. ad lib. iij. pro 6. doſ. bis in die ſumendis* vel *decoct. lig. cum agrim. hyper. chæref. &c.*

III. Deveniendo ad conſolidantia, ex quibus laudantur *troch. gordon. ad dr. ij. cum decoct. hord.* ſi detergendum: *cum lact. ovill.* vel *caprin.* ſi conſolidandum *teſte Foreſt.* optimum eſt *lac. vaccin. rec. mulct.* ad cyath. *cum dr. s. bol. armen. ver.* omni manè exhibitum. efficaciſſimum remedium ſunt *troch. de alkek. cum thereb.* inpilul. redact. l. ſeq. ℞. *thereb. aq. plant. lot. dr.* 1. *ſucc. liq. gumm. tragac. à. ſcr. ij. bol. armen. troch. de alkek. à. ſcr. s. cum ſucc. equiſ. ſ. q. M. f. pil.* Guliel. Fabric. ſeq. uſus ℞. *thereb. decoct. traumat. lot. & coct. dr. vj. pulv. liq. dr. ij. ſpirit. thereb. ſcr. ij. s. M. f. maſſ. pil. doſ. ſcr. ij.* laudatur etiam *aq. contra Gonorrh. quercet.* cochleatim aſſumpta *eſſent. traumat. decoct. quercet. ad ulcus veſicæ* l. ℞. *herb. agrim. fl. hyper. à. mj. rad. ſymph. unc. s. lign. lentiſc. unc.* 1. *ſ. ſem. hyper. dr. iij. inciſ. & contuſ. coq. inſ. q. aq. in col. lib.* 1. *s. diſſolv. ſyr. de ſymph. Fernel. unc.* 1. ſ. in ulceribus in veteratis multum confert *decoct. criſtol. rot. ex vin. cum ſacch. alb.* Hartman. *mercur. d. ad gr. iij. ex aq. plantag.* quottidiè exhibet. 4. In ulcere veſicæ peculiariter conveniunt injectiones bis in die per ſiphonem catheteri applicatum inſtituendæ ùt 1. detergentes ex *hyrom.* vel *ſer. lact. aut decoct. hord. cum mell. roſ.* inc conſolidantes *ex aq. ferrat. cum incoct. rad. ymph. myrrh. alum. ſarcocol. trag.* & maximè *roch. gordon. &c. Hildan.* inſigne ulcus veſicæ uravit ſeq. inject. ℞. *rad. conſolid. m. unc.* 1. *hord.*

integ. mj. fol. agrimon. veron. scord alchimill. sanic à. m. s. coq. ad lib. 1. in col. dissolv. mell. ros. dr ij. Thoner. quasi miraculosè exulcerationem cum urina cruenta sustulit inject. seq. ℞. herb. agrim. plantag. equis. à. m. s. liq. mund. dr. ij. coq. in aq. plant. & beton. â. s. q. ad consumpt. 3. p. in col. lib. s. dissolv. mell. ros. unc. 1. s. alij seq. iniiciunt ℞. aq. calc. non adeo acrem ad unc. ij. plantag. unc. ij. sief. alb. dr. 1.

V. Pro doloribus leniendis in usu esse possunt syr de papav. laud. op. troch. de alkek. emuls. sem. 4. fr. m. papav. alb. portul. l. ℞. laud. op. gr. 1. troch. de alkek. dr. s. ocul canc. p.p. cc. phil. p.p. à. gr. xv. syr. de alth. Fern. unc. 1. aq. fœnic. petrosel. à. unc. 1. s. ol. amygd. unc. s. M. detur cochleat. item inject. ex lact. tep. decoct. hord. cum mucil. sem. cyd. fœnug. ol. amygd. d. & mell. ros. &c.

VII. In ulcere meatûs urinarij itidem sic proceditur & p.p. intus per os pro detersione dari potest decoct. cic. rub. ad lib. ij. mell. ros. col. unc. ij. syr. de alth. Fernel. unc. 1. M. pro 6. dos. m. & v. sumendis. pro injectione per siphonem decoct. hord. tost. cum plantag. & liq. addito mell. ros. col. l. ℞. lact. dulc. in quosilic. ignit. extinct. lib. 1. dissolv. mell. ros. unc. 1. s. mucil. gumm. trag. rad. consol. m. à. unc. s. thereb. vitell. ov. dissol. dr. 1. ceruss. dr. s. pomphol. dr. 1. M. l. ℞. lytharg. ceruss. tut. p.p. à. dr. 1. sacch. cand. unc. s. camph. scr. s. aq. ros. plant. à. unc. iv. M. potest etiam addi dr. 1. alum. pro consolidatione per os detur lac caprin. cum bol. armen. & mastich. pro injectione ℞. aq. ros. plantag. equiset. à. unc. iij. troch. de alkek. alb.

rhas.

rhaſ. à. dr. ij. bol. armen. dr. 1. M. efficax quoque eſt candel. cer. *balſ. peruv.* tenuiter illit. pet. de marchett. ulcera hæc curat candelis tenuibus compoſitis *ex pulv. plumb. uſt. ceruſſ. tut. p. p. mixt. cum cer* in urethram immiſſis & continuo ibidem geſtatis, niſi tempore mictionis. verùm hæc non conveniunt fluente gonorrhæa, ne ſupprimatur. ſi malignitatis ſuſpicio, convenit ung. alb camph. cum præcipit. rub. pro doloribus leniendis *juſcul. decoct. rad. alth. cum vitell. ov. & butyr.* ir. pilul. *de thereb. cum ſucc. liq. & troch. de alkek. & emulſ. ſem. mel. papav. alb. &c.*

Diæta aër inclinet ad ſiccum, victus ſit *ex crem. hord. aven. brod. gall. ov. ſorbil. avic. mont. carnibus junior. animal. &c.* vitentur oleoſa, acida, amara, acria. cruda, inflativa, diuretica, vitetur omnis repletio, venus, vectio in curtu, vel equitatio. potus ſit *decoct. hord. & liq.* vel *decoct. malv. cum ſyr. viol.* vel *decoct. malv. ſem. 4. f. m. ſer. lact. &c.*

Mictus ſanguineus.

NOm. *Mictus ſanguineus, mictio cruenta.* Blutiger Harn.

Defin. Eſt excretio ſanguinis cum urina eam abſque ſplendore pro copioſiore vel parciore ejus admixtione nunc loturæ carnium ſimilem, nunc intenſiùs rubentem vel potiùs ex opaco nigreſcentem reddens ſubſidente, ſi aliquamdiu ſteterit uno alteróve die craſſamento ex intensè rubro quaſi nigreſcente & ſanguinem grumoſum exactè referente.

Gen. Est symptoma in excretis.

Subject. Ut plurimùm tenes: subinde etiam ureteres vel vesica aut meatus urinarius.

Caus. intern. Est vel sanguinis copia ex suppressis evacuationibus, vel truncatis membris &c. vel ejus acrimonia ùt in scorbuticis, catharrhosis, & sero acido salsiori plùs minùs corrosivo præditia, vel imbecillitas renum potulis eorum nimis apertis ac tubulis laxatis, in quo casu hujusmodi mictus ferè indolens, urináque minùs intensè tincta & crassa, vel frequentiùs vasculorum in locis urinarijs laceratio, erosio, s. attritio à calculo asperiore renibus impacto & commoto.

Caus. extern. Pharmaca violenter diuretica vel acria ùt cantharid. potulenta fortia, usus aromatum, suppressio mens. hæmorrhoid. lapsus vel plaga adversùs renes, succussatio ab equitatu, rerum gravium elevatio, ira, abusus veneris urinam quoque cruentam inferens.

Sig. diagnost. Per se clara: differt ab urina rubra reddita per contenta salina copiosiora: quod hæc rubedo ex salibus perspicua sit & clara, vel præcipitata sedimentum suggerat vel intensè croceum vel instar cinnab. vel incarnati nonnihil coloris. partem affectam ostendet situs doloris, sanguis è renibus profluens urinæ exquisitè permiscetur. ex vesica purus frequenter & impermixtus effunditur. *Hip. 4. aph. 78.* ait: *quicunque inopinanter sanguinem mejunt, his in renibus venulæ ruptionem significat.* it. *4. aph. 80. si quibs sanguinem aut grumos mejat ant urinam guttatim emittat, dolore ad hypogastrium. pettinem & perinæum, ad*

ve-

vesicam loca laborant. si à calculo, præcesserunt dolores nephritici aut lapillorum excretio.

Prognost. Mictus cruentus utut sæpè in annos trahatur, tandem tamen est fatalis in tabem vel hydropem ægrum deducere valens: diuturnus ulcus quoque excitare potest. è vesica promanans periculosior est, cùm in eadem subsistens periculosam urinæ suppressionem aut sui corruptelâ varia inducat symptomata.

Indicat. & curat. Pro varietate causar. variant.

I. Si oriatur à copia sanguinis vel vas aliquot amplum ruptum vel erosum, administranda V.S. ex brachio: hinc pro derivatione ex pede. apertio hæmorrhoid. utilis præsertim in consueta suppressa evacuatione. prosunt & cucurbit. hypochond. applicatæ. in causa serositatum abundantium fonticulus in brach. multùm prodesse potest.

Purgantia propriè dicta hîc non conveniunt utpote aerimoniâ suâ malum facilè exasperantia, bene tamen v. g. *pilul. ex thereb. cum rhab.* v. g. ℞. *thereb. coct. unc. s. rhab. el. dr. iij. spirit. thereb. scr. i. M. f. pilul. ex scr. iv. N. xxx. pro una dos. l. cass. rec. extr. cum pulp. tamarind. & rhab. l. rhab. tost.* Thom. Sydenhamb Anglus in mictu sanguinis à calculo renibus impacto salutarem expertus est usum *Mann. el. ad unc. ij. cum lib. ij. ser. lact.* cùm fraxinus sit herba lithontriptica, & manna nihil aliud sit, quàm liquor exsudans ex fraxino in calabria.

III. Veniendo ad sistentia & acrimoniam seri urinarij temperantia, ex quibus excellunt *succ.*

portul. plant. ad unc. ij. iij. succ. equis. & ejúsque decoct. agrimon. etiam maximè prodest, præsertim si malum oriatur ex erosione Lindan. laudat. *agrimon. potentill. & quinque fol.* hinc seq. laudantur species ℞. *herb. agrim. millefol. sumit. hyper. musci prun. sylv. à. mj. rad. symph. m. unc. ij. sem. hyper. unc. s. incis. & contus. coq. l. in vin. l. ser. lact. usus tempore add. aliquid de ocul. canc. p. p.* quàm maximè valet & instar omnium est *decoct. contra mict. cruent. Minsicht.* l. *ad Hæmophtys. Timæ ad unc. iv. v. bis in die sumpt.* in specie etiam *lac ovill. ad unc. iv. cum dr. 1. bol. arm. p. p.* omni mane datum est experiment. sæpiùs probat. à *Foreest. Timæ* seq. modo præscribit ℞. *lact. ovill. rec. mulct. lib. s. mell rosˢ. puriss. dr. ij. bull. leniter add. bol. armen. scr. 1. M.* idem laudat *troch. de carab. cum bol. arm. l. cum ocul. canc. & pauco sacch. sa-tur.* laudatur & *lap. hæmat. terr. sig. cum copioso lacte.* item *tinct. corrall.* & si ab erosione *essent, agrim. millefol. hyper. traumat. cum lact. cap.* ex compositis in usu esse possunt mixtur. *sylv. Foreest.* vid. *hæmophtys. vomit. sang. pulv.* v.g. seq. Horst. ℞. *rad. liq. ras. dr. ij. gland. dr. 1. s. sem. 4. fr. m. à. dr. 1. portul. lactuc. à ser. ij fl. ros. rub. mj. succin. alb. p. p. dr. s. cc. ust. p. p. scr. 1. sacch. cand. unc. s. M. f. pulv. dos. dr. 1. cum aq. malv. in qua sem. cydon. infus. l.* ℞. *corrall. rub. p. p. bol. arm. p. p. sem. plant. cort. myrob. cit. à. dr. 1. M. f pulv. dos. dr. 1.* Electuar. ℞. *cons. ros. symph. à. unc. ij. terr. sigillat. bol. arm. sang. drac. corrall. rub. lap. hæmat. troch. de carab. à. dr. 1. hypocist. gr. kerm. sem. plant. à. scr. 1. cum syrup. de ros. sicc. s. q. M. f.*

Elect.

Elect. ab Holler. instar omnium laudantur *troch. gordon.* in usu etiam multo sunt emuls. v. g. ℞. *sem. melon. excort. unc. s. amygd. d. excort. unc. s. sem. papav. alb. dr. iij. aq. equisit. unc.* 1. *s. borrag. plant. ros à. unc.* 1. *M. f. emuls. add. cc. ust. p.p. dr.* 1. *corrall. rub. p.p. marg. p.p à. scr. s. sp. ros. rub id à. scr.* 1. *s. rotul. mau. christ. l. Jul. ros. dr. ij. M.* si à calculo & arenulis oriatur, *River.* alternis diebus manè exhibet *pilul. de thereb. cum rhab.* diebus autem ab usu pilul. vacuis alternatim nunc pulv. nunc morsell. exhibet ibidem videndos. *acidulæ* etiam in hoc casu ad sanguinem cohibendum, renes refrigerandos & calculos expellendos efficacissimæ sunt.

IV. Si mictus cruentus in affecta vesica oriatur, præter hactenus dicta similes quoque conveniunt inject. quales propositæ in ulcere vesicæ in specie *aq. plant. unc. ij. cum troch. de carab. dr.* 1. vel *emuls. papav. alb.* cum *lap. hæm. pp.* vel *succ. plant. cum lap. hæm.* si grumus sanguinis in eadem hæreat, dissolvatur *ther. vet. in oxycrat. dis.* vel *aq. malv. cum pauco acet. &c.* idem præstant *troch. de carab. ocul. canc.*

V. Extrinsecùs ad lumbos applicari potest *empl. de bol. cum ol. ros. malax. ung. comitis. refrig. galen. cum croc. mart. adstr. & ol. myrt.* fiat fotus *ex rad. bistort. torm. fol. querc. &c. in aq. ferrar. coct.*

Diæta ùt in alijs hæmorrhag. vitentur acida, frigida, flatulenta, motus nimius præsertim equo vel curru succussorio factus &c. potus sit *emuls. amygd.*

amygd. vel *infuf. lentisc. solum*, vel *vino mixt.* alvus sit lubrica, sed cavendo *ab aloëticis.*

Diabetes.

NOm. *Diabetes, urinæ profluvium, hydrops ad matulam, diarrhæa s. lienteria nephritica.* Harn-Ruhr: affectus rarus *à Gal.* bis tantùm visus.

Defin. Est copiosissimum urinæ crudæ profluvium cum siti intensissima, virium debilitate & totius contabescentia affligens.

Gen. Est symptoma mictionis auctæ & depravatæ.

Subject. Varium pro varia ejus differentia: præcipuè autem renes.

Differ. Alia est *vera*, quæ est nimis cita potulentorum aut planè non aut parùm immutatorum per vias urinarias excretio, ut non rarò color, odor & sapor assumptorum liquidorum in excretis per urinam adhuc sint sensiles: alia *notha s. spuria*, quæ est copiosissima & colliquativa urinæ crudæ excretio, s. in qua plùs excernitur urinæ s. liquidi, quàm aut assumpta potulenta aut serum in M. S. proportionaliter fundere possunt, affligens cum siti intensissima, debilitate virium, macie totius, ardore lumborum & febre lenta continua.

Caus. Diabet. veræ censetur esse nimia laxitas & apertura viarum certarum ex primis vijs ad renes vel loca urinaria tendentium concurrente simul pylori laxitate fluidiora plùs citò elabi sinente. dari enim subinde ejusmodi vias adhuc incogni-

gnitas præſumitur tum ex eo, quod per urinam excreta fuiſſe viſa ſint *ſem. coriand. aniſ.* quæ haud dubiè per vaſa capillaria non fuerunt circulata, tum ex eo, quòd *Hœfer.* & *Horſt. vin rub.* & *emulſ. amygd. d.* immutata per urinam excreta obſervarint, cùm utique à commixtione ſanguinis alterari debuiſſent, tum *ex therm.* & *acidul.* vix hauſtis ac illico elatis & limpidis per urinam tranſeuntibus.

Cauſ. diabet. nothæ Juxta VV. eſt intenſa renum attractrix cauſata per affluxum humorum acrium accedente vaſorum urinariorum laxitate, viſcerum fervore, ac retentricis ventriculi infirmitate. juxta RR. probabiliùs oritur à ſale quodam acido ſanguinem in ſerum præcipitante, vel à fermento acri volatili ſalſo vitio primæ digeſt. genito, ſanguinem & præcipuè etiam nutrimentum corporis totidum ac chyloſum atque ex hoc productam pinguedinem attenuante, reſolvente, in ſeroſum laticem colliquante & cantharidum inſtar renes ad continuam excretionem ſtimulante.

Sig. diagnoſt. In defin. & different. poſita. in notha plùs mingunt, quàm bibunt ægri, ſitim habent continuam, febrem lentam hecticam, urina colore cruda, aquoſa & ſapore dulcis ob colliquationem partium.

Prognoſt. Diabetes vera parùm habet periculi: notha periculoſa & ſæpiùs lethalis deducens ad tabem præſertim ſi in principio non cognoſcatur incipiens enim hic morbus ſæpè ac facilè curatur: rarò verò ac difficillimè confirmatus.

Indicat. Sunt fermentum acre alterare, tempe-

rare,

rare, renum irritationem sistere, colliquationem impedire, adstringere & roborare.

Curat. fit I. Administrando V. S. revulsoriam & refrigeratoriam in principio: non autem viribus jam debilitatis, vel alio morbo præcedente.

II. Blandam instituendo purgat. *ex medull. cass. & pulp. tamar.* vel *decoct. tamar. myrob. plant. portul. lact. &c.* clyst. frequenter repetendo *ex decoct. lact. portul. plant. malv. bord. mund. ros. rub. cum diaprun. s. mell. ros. ol. omphac. &c.* à pluribus quoque in principio curationis laudatur vomitus.

III. Veniendo ad alterantia, roborantia & adstringent. ùt *tinct. corall. smaragd. ess. mart adstr.* tinct. *terr. catechu spec. diaplant. mins. lap. hæm. succin. troch. de carab. de ter. sig. cc. ust. croc. mart. adstr. pulv. exantihect. pot. ebor. s. ig croc. mart. cum gr. 1. laud. op. &c.* ex compositis l. julep. v. g. ℞. *aq. plant. ros. à. lib. s. syr. de portul. agrest. corrall. à. unc. s. vin. gran. cydon. à. unc. 1. M. pro julap.* l. mixtur. ℞. *aq. plant. unc. iij. acet. destill. dr. vj. corrall. rub. p.p. dr. 1. laud. op. gr. iij. syr. de portul. unc. 1. M. cap. cochlear. bis jung. lap. hæm. troch. de carab. cc. ust. croc. mart. p.* l. Electuar. ℞. *conf. ros. vet. unc. vj. pulv. vesic. vitulin. exsiccat. unc. s. pulv. sanguinar. dr. ij. croc. mart. adst. dr. 1. succ. cydon. q. l. M. f. elect. bibendo desuper aq. dest. fol. querc.* vel *pulv.* ℞. *gumm. arab. trag. à. dr. vj. sacch. penid. unc.*

unc. 1. M. f. pulv. doſ. dr. 1. bis in die l. ℞. *ſem. portul. plantag. coriand. p.p. roſ. rub. à. dr. 1. corall. rub. p.p. bol. arm. marg. p.p. rad torm. à. ſcr. ß. nuc. moſch. dr. s. M. f. pulv.*

IV. Extrinſecùs convenit *ung. comitiſ. cum croc. mart. adſtr.* & *ol. maſt. ſ. q.* it. *ung. roſ. ſantal. ſucc. canc. fluv. &c.* v.g. ℞. *ung. roſ. mel. infrig. ſal. ſant. popul. à. unc. 1. ol. papav. unc. s. M. l.* ℞. *ung. roſ. popul. à. dr. vj. camph. dr. 1. ol. roſ. myd. à. dr. vj. cer. & acet. parùm. M.* empl. *de ol.* ſaccul. & foment. *ex plant. fol. querc. &c. in aq. chalyb. coct.* balnea *ex aq. ferrariorum.*

Diæta conveniunt cibi *cum lact.* coct. ùt *oryz. milium.* imò ipſum *lac. chalybeat.* quo *Zaccut.* Diabetem deſperatam curavit. lac igitur modo crudum, modo aq. deſtill. l. hord. dilut. modo coct. cum pan. alb. in die ſumendum. it. *gelat. exprimit. anim. pultic. ex amygd. &c.* potus non ſit copioſus *ex decoct. cc. uſt. hord. prun. ſylv. cort. querc. &c.* vel *aq. ferrat. cum ſyr. acidis adſtring.* vel *emulſ. amygd. ſem. 4. f. m. papav. alb. &c. decoct. cc. uſt.* & *hord.* ſi vinum concedendum, ſit illud rubrum ſubadſtringens aq. chalyb. l. aurat. dilut. l. lentiſc. & ſant. rub. medicat. quies & ſomnus maximè utilis, vitetur decubitus ſupinus & motus corporis.

In-

Incontinentia urinæ.

NOm. *Incontinentia urinæ ſ. mictio involuntaria* Unbehaltigkeit deß Harns/ wann einer ſein Waſſer nit halten kan.

Defin. Eſt involuntarium urinæ ſinè acrimoniæ & doloris ſenſu profluvium ex deficiente conſtrictione muſculi ſphincteris veſicæ oriundum.

Gen. Symptoma retentricis veſicæ plùs minùs abolitæ.

Subject. Veſica urinaria præcipuè quoad ejus fibras & muſculum ſphincterem.

